ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΚΩ͂ΟΥ ΠΡΟΣ ΔΑΜΑΓΗΤΟΝ ἘΠΙΣΤΟΛΉ.

HIPPOCRATIS COI EPISTOLA, CVM

PRIMIS ERVDITA IVXTA AC ſalutaris, interprete ſimul & paraphraſte

ALARDO AEMSTELREDAMO.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EM.

SALINGIACI *apud Ioannem Soterem.*
M D. XXXIX.

Cum gratia & priuilegio in ſexennium.

EPIGRAMMA DE RISV DEMOCRITI, ET HERACLETI LACHRYMIS.

ἄδηλον.

τὸν βίον ἡράκλειτε πολὺ πλέον ἤπερ ὅτ' ἔζης
δάκρυε. νῦν ὁ βίος ἐστ' ἐλεεινότερος.
τὸν βίον ἄρτι γέλα Δημόκριτε τὸ πλέον, ἢ πρίν.
νῦν ὁ βίος πάντων ἐστὶ γελοιότερος.
εἰς ὑμέας δ' ἤδη καὶ αὐτὸς ὁρῶν, τὸ μεταξὺ μεριμνῶ,
πῶς ἅμα σοὶ κλαύσω, πῶς ἅμα σοὶ γελάσω.

ALARDVS.

Quin magis hanc lachrymes uitam Heraclete licebit?
Hæc præ quàm fuerat nunc miſerabilior.
Olim iure quidem, nunc plus Democrite ride,
Quin rides? uita hæc nunc mage ridicula eſt.
Preſſius intuitus uos, mecum cogito ſæpe
Qui ſimul illachrymem, riſu itidem emoriar.

TIMON.

οἷον Δημόκριτόν τε περίφρονα ποιμένα μύθων
ἀγχίνοον λέσχην ἃ μετὰ πρώτοισιν ἀνέγνων.

Qualis erat prudens Democritus autor amœni
Sermonis, lepidiq́; ioci, imprimisq́; facetus.

Horatius li. 2. Epiſt. 1. epiſt.

Si foret in terris rideret Democritus.

Iuuenalis ſatyra 10.

Iam ne igitur laudas quod de ſapientibus, alter
Ridebat, quotiens à limine mouerat unum
Protuleratq́; pedem, flebat contrarius alter.
Sed facilis cuiuis rigidi cenſura cachinni,
Mirandum eſt unde ille oculis ſuffecerit humor,
Perpetuo riſu pulmonem agitare ſolebat
Democritus.

ALARDVS AEMSTELREdamus Ioanni Teyngo Hornenſi celebratiſsimæ ciuitatis Aemſtelredamenſis medico

S. D. P.

MEmoriæ proditum eſt Teios cũ Perſarum cõtumeliam ferre nõ poſsent, urbe relicta, Abdera Thracum urbem demigraſse, atq; hinc illud uulgatum fuiſse, ἄβδηρα καλλὴ τηΐων ἀποικία. Quo nimirum ænigmate prouerbiali ſignificamus, in rebus uehementer afflictis, nos non prorſus abieciſse animũ, uerum eſse ſpei nonnihil: nec deeſse nobis itẽ quo cõfugiamus, ſi quis præter modum pergat eſse moleſtus. Quid iſtuc exordij dices? Dicam. Nempe cum abhinc aliquot annos, ſtatim quã D. Martinum Dorpium, unicum Academiæ noſtræ Louanienſis ornamentum amiſiſsemus, R. D. Meynardus Mannius, regiæ apud Hollandiã Hecmũdæ abbas meritiſs. me ſecũ abduceret Louanio, inuitus, & animo reluctãti (ceu præſentirem me luſurum operã) ægre quidẽ ſed tamen conſecutus ſum: ſperans fore, ut apud Batauos noſtrates, nonnihil ad expiationẽ Lutheriſmi proficerem, confidens etiam futurum, ut plebeculam peſtilentiſsimo falſorum dogmatum fermento uitiatam repurgarem, repurgatamq; Chriſto lucrifacerem. Cũq; nihil eſset, quod ut id prædæ ſub manus ſuccederet, & ijs potiremur exuuijs non parati eſsemus, & ferre & perpeti. Cæterum ſimulatq; hoc hominum genus inſi-

pientiſsime ſapiens, & ſapientiſsime inſipiens, cōformatius eſſe pertinaciusq́; ſentirem, q̄ ut ſpes eſſet reſipiſcendi. Sunt enim in omni genere ſtultitiæ inſulſe arrogantes, ut qui ſtulta temeritate, & temeraria ſtultitia damnent omnia omnium orthodoxorum decreta, traditionesq́; irrideant, neminem quamlibet alioqui permodeſtum aut eruditum audiant, neminem non præ ſe faſtidiant, digna atq; indigna de ſacroſancta Euchariſtia deblatarent, de cunctis eccleſiæ quæſtionibus uno linguæ rotatu luce clarius choruſcēt adeoq; una ſaliua contaminent omnia, ſummam arrogantiam cum ſumma maledicentia coniungentes: in ſumma, Abderitanæ pectora plebis habent. O portēta in ultimas uſq; terras deportāda. Ieſu bone ut hallucinantur, ut fallūt & falluntur, nec ipſi ſatis inter ſe conueniunt. Nec ὁμοθυμαδὸν prodigioſa illa ſua tradunt paradoxa. In q bus οἰκοῦντες κατὰ διάμετρον ὅλην τοῦ καθαρώτερον τοῦ καθάρου ἀφέστηκεν, μᾶλλον δ' ἔτι καὶ τῆς διαμέτρου μειζόνως ἢ οἷόν τι φάναι. Quemadmodum enim cum ſanguis corruptus eſt, aut pituita redundat, aut bilis in corpore morbi ægrotationesq́; naſcūtur: ſic prauarum opinionum et nouorum dogmatum conturbatio, & ipſorum inter ſe repugnātia, ſanitate animum ſpoliat, morbiſq; perturbat. Quid diceret ergo, aut quo non fugeret ſi nunc hæc monſtra uideret Pythagoras? Itaq; cū paſsim haberem quos fugerem, quos ſequerer nō haberem, ad eā uitam reuerſus ſum, quam multi docti amici ac pij, fortaſſe non recte, ſed tamen multi atq; in his tu cū primis

mis docendi concionandiq́; prouinciæ id temporis pro ponendam putauerunt. Fateor concionandi munus & ad rem & ad famam comparandam magis idoneum q̃ ſit ἀπραξία hoc eſt umbratilis uita, uerum εὐδαίμων γε κόρινθος, ἐγὼ δ' εἴην τενεάτης. In locum iam olim mihi ſæpius oblatum, ſæpius & à me celebratum, nempe regiam illam Hollandiæ Hecmundam, adhuc uere auſpicio ductuq́; Mannij noſtri ab omni Lutheriſmi fermẽto mũdam cõmigraui, totumq́; me ad quietem contuli. Mihi certum eſt ab hac umbratili uita nuſquam uel latũ digitum, ſecundũ te enim nihil eſt mihi amicius ſolitudine, quæ me minus ſtimulat q̃ celebritas, ut uitemus oculos hominum ſi linguas minus facile poßimus, & ſemi liberi ſaltem ſimus, quod adſequemur & tacendo & latendo. Carere aſpectu quorũdam q̃ infeſtis oculis conſpici malo. Proinde cum mihi ſedulo enitendum ſuaſißes, ut ſi occupatus ſemper conatus ſim aliquid prodeße ſtudioſis Louanij, proſim etiam ſi poßim utcũq; otioſus Hecmundæ proximis Quirinalibus. i. ſtultorũ ferijs quæ uulgus Chriſtianorũ uocat bacchanalia, hãc Hippocratis tui epiſtolam tumultuarie latinitate donauimus, in qua interpretanda hoc potißimũ ſpectaui, ut ſententiam bona fide uerbis q̃ aptißimis efferrem, ſenſumq́; magis curauimus appẽdere, quàm uerba dumtaxat bona fide annumerare, quæ cum ſæpe multos ac reconditos habeant ſenſus, tanquam ſi in aliquam locupletem ac refertam domum uenias nõ explicata ueſte, neq; propoſito argento, neq; tabulis, & ſignis pro-

palam collocatis, ſed his omnibus multis magnificisq; rebus conſtructis ac reconditis. Proinde adiecta ſæpe paraphraſi bene prolixa, haud ſcio q̃ felici, magna cer te libertate adniſus ſum, ut quidq; explanatius effer ri potuit, efferremus. Deniq; maluimus in hanc partem errare, ut quæ non deſideret lector, audiat, q̃ ut quic quam quod opus eſt prætermittatur. Et hoc libentius id negocij, potiſſimũ tui cauſa ſuſcepimus, quod perſæ pe dederis quàm contemneres populares inſanias iam ab adoleſcentia documenta maxima, quodq; tu nobis al terum quendam uideris referre Democritum: non enim opinor uiuere quenquam mortalium, qui æque quàm tu natura fictus ac ſculptus ſit ad quorundam inſulſi tatem adeoq; inſaniam uel Democritico riſu exſufflã dam. Maxime ſi aut tragœdias agant in nugis, aut con uellere adoriantur ea quæ non poſſunt commoueri, aut opes eccleſiaſticas profundant in inſanas ſubſtructio nes, aut nimio & ſuperfluo apparatu mutas adornent imò inaurent imagunculas, ac interim pauperes uiuas dei imagines algere mediaq; perire ſinãt, aut (ut ſemel finiam) cum maxime fallunt, id agunt ut uiri boni eſſe uideãtur. Qui obſtipo capite, & figentes lumine ter ram Murmura cum ſecum, & rabioſa ſilentia rodunt, Atq; exporrecto trutinantur uerba labello. Sed bene actũ. Quod uidet hos omnis domus & uicinia tota In trorſus turpes ſpecioſos pelle decoram. Et pleraq; alia id genus quorum κατάλογον bene prolixum compendio perſtringit Democritus. Verum moderãdus eſt tibi ri

ſus

ſus tametſi iuſtißimus, cum inſulſitas quorundam uix ingenti uolumine poßit(ut par eſt)explicari. Quanq̃ autem nec omnibus datum eſt habere naſum, Nec grata eſt facies cui Gelaſinus abeſt. Nolim mihi tamẽ è Gelaſino te Catagelaſinum. In monumentis hiſtoriæ Græcæ ſcriptum eſt Democritum ob immodici riſus petulantiam Gelaſini cognomento eſſe denobilitatum, atq; adeo infamatum. Putant autem & recte putant riſum effuſiorem graui uiro uehementer indecorũ eße, propterea quod uideatur ab animo impotenti proficiſci. Siquidem ut turpe eſt uiro graui muliebri more eiulare ſi quid doleat: ita gaudio immoderato in cachinnũ effundi parum decorũ. Non tamen uſq; adeo φιλόγελως, neq; in riſum profuſus es, quin multa tacitus apud animum tuum nolis uelis ingemiſcas, egerrimeq; feras quæ es erga orthodoxam fidem conſtãtia, maxime quæ edũtur hodieq; in eccleſiaſticos, quorum peramans ſemꝑ fuiſti, quorumq; inopiã nõ minus opibus quàm rei medicæ induſtria gratuito ſubleuas. Quo ego nomine plus tibi debeo q̃ ut unq̃ ſoluendo eße poßem. Sed ita fato neſcio quo contigiße arbitror, ut tibi ad me ornandum atq; prouehendum ſemper detur facultas, mihi ad remunerandum nihil ſuppetat præter uoluntatem. In paucis diebus quàm à nobis diſceßiſti bonus ille γλωβριδὴς ex pharmacis tuis apud nos relictis, nonnihil ſenſit leuamenti. καὶ ὁ δὲ μαίνεται οὐκ ἔτ' ἀνικτῶς. Miſoponus autem ille ſui manet ſemper ſimilis ἐστί γε πικρὸς καὶ οἱ ἀεὶ δριμεῖα χολὰ ποτὶ ῥινὶ κάθηται. Eſt enim acerbus atq; illi

ſemper ſedet in nare aſpera bilis ὃδ' ἐχώσατο κήροθι μᾶλλον .i. illi cor magis atq; magis ſuccenditur ira. Bene uale. Tu uelim tum D. Nicolao Cannio, ſacrarum literarum ſtudioſo & permodeſto Vrſulenſium uirginũ administratori, tum Cornelio Croco optimo ac diligentiſsimo pubis Aemſtelredamorum moderatori, & quibus præterea uidebitur etiam, hoc communices exemplar. Rurſus uale Heemundæ 1526. Calend. Martijs.

ALARDVS AEMSTELREDAMVS lectori.

ABunde ſatis magno documento fuerit hæc Hippocratis epiſtola, lector optime, non prorſus improbandum eſſe, ſi quis uel exercendi uel laxãdi ingenij gratia, nonnunquam ollas (quod aiunt) oſtentet, hoc eſt, ludat in ridiculo quopiam argumento, modo iocus ſit eruditus, & cũ uoluptate miſceat nonnihil utilitatis. Quãdoquidem ridentem dicere uerũ, quid uetat? Imò fit ut citra offenſam, & gratius irrepat in animos mortaliũ ueritas huiuſmodi lenocinijs cõmendata. Adeo ut A. Gellius non dubitet ridiculas Aeſopi fabellas, tetricis illis & è cœlo delapſis Stoicorum dogmatis anteponere. Luſit & ipſe Hippocrates feſtiuiter ſane, ſed tamen ita, ut Democritum philoſophũ iocari non ſcurrã poſsis agnoſcere. Proinde quicquid eſt hoc epiſtolæ cõ

fido

ſido fore candidis ingenijs, & ijs qui bonis literis ſunt initiati magnopere probatum ire, ut quæ præter ridendi feſtiuitatē, habeat non pauca quæ ad corrigēdos mores plurimum afferant momenti. Equidem non uideo q̄obrem poſsit diſplicere, quādoquidem odioſam illam ſcelerū ac uitiorum Camarinā nuſquā mouens, ridicula quædā magis q̄ fœda paucis attingit. Sed taxat, inquient, artium profeßores, medicos taxat, principes taxat. Primum non animaduertunt q̄ hoc ipſum facit moderate, minimeq́; odioſe. Deinde non meminerūt illius regulæ quam inculcat D. Hieronymus, ubi generalis de uitijs diſputatio eſt, ibi nullius perſonæ eſſe iniuriam, neq́; carbone notari quempiā quaſi malus ſit, ſed omnes admoneri ne ſint mali, niſi forte illud contemnant omnes omnium artium profeßores eſſe abſolutos, omnes medicos eſſe tales quales fuerunt Hippocrates & Galen⁹, uniuerſos principes Numas eſſe & Phociones. Deniq; non perpendunt id quod in dialogis eſt potißimum, perſonæ decorum. Poſtremo cum tyrāni quoq; à morionibus quiduis audiūt rideant, parumq́; ciuile putēt ullis offendi dicterijs: Mirum erit iſtos neſcio quos ab ipſo Democrito philoſopho ridendis hominum ineptijs nato nihil omnino poſſe audire, quaſi quicquid de uitijs utcūq; fuerit dictum id prorſum ad ipſos pertineat. Neq; enim mordet quempiam nominatim, niſi forte ſeipſum, adeoq; ſua ipſius cædit uineta. Seq; cum primis uero huic morbo, quem tam graphice depinxit obnoxium fuiſſe, atq; omnes adeo qui uel

ingenio uel ſtudio philoſophiæ uel in adminiſtranda re publica uel in alijs artibus excelluerunt, atræ bili obnoxios fuiſſe diſſerit. Nullumq; eſſe mortalem, qui non in aliqua re deſipiat. Quanquam alius alio morbo laboret, hic auaritiæ, ille libidinis, hic ambitionis, ille inuidiæ. Quod copioſe demonſtrat Stoicus Damaſippus apud Horatium in Sermonibus. Et in hac hominis calamitate mira ludit uarietate natura. Bene ualebis.

ARGVMENTVM.

In hac epiſtola primum ſubindicat, ob atrā bilem redundantē in corpore morbos ægrotatiōesq; omneis, aut ferè omneis naſci. Deinde mira quadā hypotypoſi ſub oculos ponit Democritum, atq; adeo omneis, qui uel ingenio uel ſtudio philoſophiæ, uel in adminiſtranda repub. uel in alijs artibus excelluerunt, atræ bili obnoxios fuiſſe. Præterea compēdio perſtringit, quid nā ſit illud quod hoīes ignauos, & prorſus ex ſtultis inſanos faciat. Sub hæc ſane q̃ appoſite demonſtrat, nullum eſſe mortalem qui non in aliqua re deſipiat ac peccet & uehementer quidem peccet. Ad extremum oſtendit quænam ſit cauſa cur Democritus Abderites phyſicus pleraque omnia omnium ſtudia inepte ſtulta & planè dericula, adeóq; ſummæ inſaniæ & dicat & ſentiat eſſe damnanda.

Argumentum per Alardum.

Quem mala ſtultitia & quæcunq; inſcitia ueri
Cæcum agit inſanum, prodidit Hippocrates.

Aliud eiuſdem.

Stultus & inſanus quis ſit ſat epiſtola monſtrat,
Ne fruſtra monſtret, tu fuge ſtultitiam. Aliud.

Quem furor haud dubius ſimul & manifeſta phreneſis
Turpiter afficiat, fortiter excruciat,
Tum demum monuiſſe ſcias rectéq; probéq;,
Si recte caueas proſpiciásq; probe.

HIPPOCRATES DEMAGETO ſalutem.

QVOD multis ante diebus ita nobis animus præſagibat, itaq; prorſus futurum coniectabamus mi Demagete, iſthuc ipſum, re ipſa, ipſi tandem aliquando plane ſit habuiſſe coram deprehēdimus. Vidi enim vidi penitusq; perſpexi Democritū illum. Equidē tantum abeſt, vt is deliret, ac deſipiat, vt ſupra omneis omnium maxime vndecunq; ſapiat, ac nos quidē præ vt dudum eramus, primum multo modeſtiores atque prudētiores reddidit. Deinde per nos quoq; alios (vbi omnē eorum importunitatem, vi orationis ex intimis mentibus euelliſſet) fecit reſpiſcere, atque adeo ex inſulſis ſalſos ſua fecit opera. Alios nunc cenſeas eſſe Abderitanos atque olim cum me acceſſebāt. Remiſimus autem tibi amice, nuper ad modū tranſmiſſam ad nos Aeſculapeiā nauē, reuera

ΙΠΠΟΚΡΑΤΗΣ ΔΑΜΑΓΗΤΩ χαίρειν.

Τοῦτ᾽ ἐκεῖνο Δαμάγητε ἀπὸ ῥ᾽ εἰκάζομεν οὐ παρέκοπτε Δημόκριτος, ἀλλὰ πάντα ὑπερεφρόνεε. καὶ ἡμᾶς ἐσωφρόνιζε, καὶ δι᾽ ἡμέων πάντας ἀνθρώπους. ἐξέπεμψα δέ τοι φιλότης ὡς ἀλη-

re uera magnifico illo
Aeſculapij cognomen
to digniſſimā,cui præ
ter inſignia Apollinis,
etiā Incolumitatis meri
to adieceris, Quando
quidē dextro nobis a
ſpirante numine,bene
paſſis uelis, ſecundoq́;
flumine quamocyſſi
me peruecta eſt,atque
hāc peregit nauigatio
nem. Siquidē eodem i
pſo die, quo & ſcripſe
ram & receperam me
inuiſurū Abderitanos,
haud inauſpicato in
Abderam vſque rectā

θέως, τὴν ἀσκληπιά
δα ναῦν, ἣν πρόσθεν με
τὰ τῶν ἄλλων ἐπίσημον
καὶ ὑγιῆ. ἐπεὶ κατὰ
δαίμονα τῷ ὄντι ἰσο
δρομήκει. καὶ ἐκείνῃ
τῇ ἡμέρῃ κατέπλευ
σεν εἰς ἄβδηρα, ᾗπερ
αὐτέοις ἐπεστάλκειν
ἀφίξεσθαι. πάντας δὲ
ἀολλέας πρὸ τῶν πυ
λῶν. εὕρομεν ὡς εἰκός,
ἡμέας περιμένοντας.
οὐκ ἄνδρας μόνους,
ἀλλὰ καὶ γυναῖκας,

tranſmiſimus, eodēq́; quo eis affirmaui por
tu me velle ſiſtere,ſiſtebam. Omnes igitur Ab
deritas,nō ita procul à portis,denſa admodū
corona, in vnum prope conciabulum con
fertim agglomeratos,quaqua verſus ſubin
de circunſpectātes,& nos (ſumma enim fuit
expectatio noſtri)anxie operientes, ecquādo
aut q̄mox appelleremus. Offendimus aūt nō
viros modo,ſed & mulieres quoq́;, ad hæc ſe
nes,puerulos,atq́; adeo infantulos per deos
mirum

mirũ in modũ triſtes. Quippe perinde, atq; vel extrema tẽtato iuxta ac affecto inſania homini, ſic et ex animo Democrito compatiebãtur, cum ſub id temporis interim Democritus, ita vt cũ maxime philoſopharetur ac ſaperet. Statim q̃ portũ attigiſſem, obuiam mihi ſic profectum, ut nihil potuerit fieri hono-

ἦν δὲ καὶ πρεσβύτας καὶ παιδία, νὴ θεοὺς καὶ τηφέας καὶ πάνηπια. οὗτοι μέν γε ὧδε εἶχον, ὡς τοῦ μαινομένου τοῦ Δημοκρίτου. ὁ δὲ μετ' ἀκριβείης τότε ὑπερεφιλοσόφεεν. ἐπεὶ δέ με ἔδοξάν που σμικρὸν ἐφ' ἑωυτῶν γεγενέναι. καὶ χρήσας

ratius. Mihi ipſa ciuitas prope conuulſa ſedibus ſuis ad complectẽdum me procedere viſa eſt, quæ ita accepit, vt nõ modo omnium generũ, ætatũ, ordinum omnes viri ac mulieres, ſed etiã mœnia ipſa uiderentur, tecta vrbis ac templa lætari. Qui ſimul atq; corã viderunt, dictu mirum, quã gaudent me illis optãtibus incolumẽ eſſe redditum. Ilico enim toti exhilareſcunt, annuunt oculis, cõblandiũtur ſupercilijs, frontem exporrigũt, geſtiunt præcordijs, medullę omnes occulta titillantur lætitia, & nõ ſolum ex oratione, uerum etiam ex uultu, & oculis, & fronte illorum erga me amorem perſpicere potui, ad

uen-

uentumq; meum eſſe il
lis multo gratiſſimũ.
Vidiſſes animum illis
rediſſe, curã ex corde
exceſſiſſe,ſui propemo
dum cõpotesfactos,&
ſe ſibi reſtitutos, ſum-
mam in ſpẽ adductos
eſſe tandem. Cæterum
Philepœmon ille(quę
ſua erat humanitas)
quum circunfuſa turba eſſet prope in cõcio
nis modũ nihil cunctatus.Accepitq; manu de
xtramq; amplexus inhęret,è populoq; vnde
cunq;circunſtante me ſeorſim atq;ſecreto ſub
ductũ,quãtum potuit maxime accelerabat
hoſpitio excipere, id quod cõmuni omniũ
decreto iam pridem viſum erat Abderitanis.
Ego porro inquam, nihil profecto prius opta
rim nihilq; eſt omnium quod maiore à vobis
deſiderio contenderim, & maius mihi dare
beneficiũ nullum poteſtis Abderitę,quàm vt
ante omnia nobis ſit integrum cõſpicari De-
mocritum.Equidẽ dici non poteſt imo ne co
gitari quidẽ,quàm flagrem amore huius viri
viſendi,hominũ quos terra ſuſtinet mihi de-
ſideratiſſimi . Cuius præſentia ſi mihi diutius
extrahatur,uereor ut amantiſſimi uiri deſide
rium

ἐλπίδας ἐποιοῦντο. ὁ
δὲ Φιλοποίμην, ἀγχίμ
ωθι τὴν ξυνίην με
ὥρμητο. κἀκεῖνος
ξυνεδόκεε τοῦτο. ἐγὼ
δὲ ὦ ἄνδρες ἔφην
ἀβδηρεῖται, οὐδὲν
ἔστι μοι προὔργου, ἢ
Δημόκριτον θεήσασθαι

οἱ δ' ἐπῄνεον ἀκούσαν-
τες, καὶ ἥσθησαν,
ἤγοντό με τε ξυντό-
μως διὰ τῆς ἀγορῆς,
οἱ μὲν ἑπόμενοι. οἱ δὲ
προθέοντες, ἑτέρωθεν
ἕτεροι. ὥστε λέγον-
τες, βοήθει, θεράπευ
σον. κἀγὼ παρῄνεον
θαρρεῖν. ὡς τάχα μὲν,
οὐδενὸς ἐόντος κακοῦ
πιζώοντος ἐτησίας

riũ ferre poſſem. Qui hoc audito et laudabãt & lætabantur. Iam vero quo facilius eo uoto defungerer multoq́; propius irẽ, & minor eſſet erratio, cõpendiaria prorſus uia per forũ me deducebãt. Cerneres alios in publicũ procurrẽtes & obſidẽtes vias, alios à tergo me comitantes, alios aliũde præcurſitantes, alios dextra leuaq́; frequentes utrinq; me ꝓpemodum opprimentes, queribunda uoce anxie opplorantes, atq; hunc in modum ſupplicãtes: O rex Iupiter, inuentũ medicina tuũ medetor, fer opem, auxiliatorq́;. Dij ueſtram fidem (inquiunt) uel hic qui nũc inſanit, quã ualuit paulo prius quãq; fortunat⁹ eſſet cęteris in rebus abſq; una hac inſania. Quod noſtrarum fuit partium haud in poſtremis habuimus. Scimus quidem & iam pridẽ ſcimus in morbis corporis ut quiſq; eſt difficilimus, ita medicum nobilliſſimum, atq; optimũ eſſe quęrendum, id quod pro uirili fecimus. Vos itaq; facitote, ne tot tantis impenſis fruſtra

quæſiſ-

quæſiſſe uideamur. At quũ maxime referat, quonã tẽpore curationem potiſſimũ aggrediare, uernis ego confi

ὥραις. εἰ δ' ἄρα καὶ τινος βραχέος ἐνδιορθώσιος, ἅμα ταῖ-

ſus tẽporibus, quæ nõnnihil imo plurimũ faciũt ad inſanientiũ ſimul & ægrotantiũ alleuamẽta, cõſolabar Abderitas, iubebãq; bono animo eſſe. Siquidẽ aut mox nihil morbi mali'ue futurũ, aut ut maxime ſit, breue illud momẽtaneumq; & perfacilis eſſe curationis: cõſtãter item affirmabam me valetudinem iſtã infirmam (ſi modo dicenda ſit ualetudo) de repente opportunis anni tẽporibus atq; cõmoditatibus fretum poſſe prȩſtare ſimul & curare. Vos (inquam) quid eſſe illi morbi dixeratis narrate nobis, nũ laruatus eſt, aut ceritus: nũ eũ ueternus, aut aqua interc⁹ tenet? Quin ea cauſa (reſpondẽt) adducimus te, ut iddicas nobis, atq; illum ſanum facias. Perfacile id quidem eſſe (aiebam) ſanum futurũ mea id ego promitto fide. Eumq; eſſe Democritum deprȩdicabam, ut qui, (ſi quiſquã ſit præterea ullus alius) breui, idq; non ita magno negotio facile poſſit ſanus fieri. Vos, inquam, modo mihi monſtrate Democritũ, ego curauero hominem. Quod te aiunt oramus Hippocrates, inualetudo enim iſta nos ualde

contur

τα λείων, ἤδη, οὐδὲ γὰρ
πόῤῥω ἦν ἡ οἰκίη, μᾶλ
λον δ᾽ οὐδ᾽ ἡ πόλις
ὅλη. παρῄειμεν οὖν,
πλησίον γὰρ τοῦ τεί
χεος ἐτύγχανεν. καὶ
ἀνάγουσί με ἡσυχῆ
ἔπειτα κατόπιν τοῦ
πύργου, βουνὸς ἦν τις
ὑψηλὸς, μακρῇσι δὲ
δασείῃσιν αἰγείροισιν
ἐπίσκιος. ἔνθεν τε ἐ-
θεωρεῖτο, τὰ τοῦ Δημο
κρίτου καταγώγια.

conturbat, male enim metuimus ne Democrito uergente iam & affecta ætate magis morbus aggraueſcat, q̃d te Aeſculapi, & te Salus ne quid ſit huius obſecramus. Hęc aliaq; id genus inter inambulandum, iterum repetens maturabam. Non em̃ iam longe aberant Democriti ędes, adeoque nec ipſa ciuitas. Ciuitatis enim imaginem cõtigua inter ſe habitacula adumbrabāt. Rectà igit̃ ego & Abderitę pręproperè adcurrimus eoq; acceſſimus, ut ita commodũ ueniremus obuiã Democrito: vrbẽ quidẽ, ſed tamen proxime mœnia domus illi erat, ab omni turba id tẽporis uacua, meq; illuc ſilenter placideq; deducunt. At ſane è regione turris editior q̃dam eminebat colliculus, bene longis denſiſq; aliis opacus uepretulis obſitus. Hinc illa Democriti domicilia apparebāt. Ipſe autem Democritus ſub ampla ramoſaq; & hũili platano deſidebat. Deſidebat autem paulo ob-

ſoletius veſtitus, nempe obuolutus exomide, hoc eſt, ſubſtricta, & breui tunica citra humerũ deſinente, eademq; craſſa & rudiuſcula, ſolitarius, nec vnctus, nec calceatus: item, lapideç inſiſtens exedræ, nimis q̃ pallidus iuxtaq; macilẽtus, horrido capillitio, promiſſaq; barba, ſupremis duntaxat labris paululum attõſa, omnibus formidandus, vt cui vultus grauis horrida ſiccæ ſylua comę, nullus tota nitor in cute. Apud quem etiã dextrorſum verſus, de colliculo illo ſuo decliui, aquula tenuiter admodum delabens ſenſim placideq; ſuſurrat atque perſtrepit. Deq; ſupercilio cliuoſi tramitis Vndam Elicit, illa cadẽs raucum per leuia murmur. Saxa ciet, ſcatebriſq; arẽtia tẽperat arua. In faſtigio autem eius colliculi peruetuſtus quidam erat lucus,

αὐτὸς ὁ Δημόκριτος καθῆστο ὑπό τινι ἀμφιλαφεῖ καὶ χθαμαλοτάτῃ πλατανίστῳ, ἐν ἀζωμίδι παχείῃ, μοῦνος ἀνήλυτος ἐπὶ λιθίνῳ θώκῳ, ὠχροιακὼς πάνυ καὶ λιπόσαρκος. κουρειῶν τὰ γένεια. παρ' αὐτὸν δ' ἐπὶ δεξιῆς, λεπτόῤῥυτον ὕδωρ κατὰ τὸ πρηνὲς τοῦ λόφου ἠρεμέως ἐγκελάρυζεν. ἦν δέ τι τέμενος ὑπὲρ ἐκεῖνον τὸν λόφον. ὡς γ' ὑπονοίῃ κατεικάζοντι, νυμφέων ἱδρυμένον. αὐ-

τοφύτοις αὐθιῤῥεφὲς ἀμπέλοις. ὁ δ᾽ εἶχεν ἐν εὐκοσμίῃ πολλῇ ἐπὶ τοῖν γουνάτοιν βιβλίον. καὶ ἕτερα δὲ τινὰ, ἐξ ἀμφοῖν τοῖν μερέοιν αὐτέῳ παρεβέβλητο. σεσώρευτο δὲ καὶ ζῶα συχνὰ, ἀνατετμημένα δι᾽ ὅλων. ὁ δὲ ὅτε μὲν, ξυντόνως ἔγραφεν ἐγκείμενος. ὅτε δὲ, ἠρέμει πάμπολύ τι ἐπέχων, καὶ ἐν ἑωυτῷ μερμη-

lucus, natiuis et ſuapte ſpōte hincinde ſuppullulātibus vineis vndecunq; conſitus, inſigniteq; cōminutus, intra quem religioſum nymphaꝝ delubrū, & quātum liceat coniectura aſſequi, eis peculiariter dedicatum viſebatur. Habebat aūt ille ſuper genibus multo renidentem mūdo ornatuq; libellum vnum, cęteri vero nō parū multi æque exculti q̄ ille, ſuo quiſq; ordine ob oculos illi vtrinq; adiacebāt, vt ad quas vellet claſſiculas ilico poſſet manus abſq; errore porrigere. Quibus ſane libellis quambelliſſime ſe oblectabat: vtroq; verſum paſſim coaceruata erāt animalia aliquot, penitus reſecta, è quorum penitiſſimis viſceribus humorem fellis è ſplene manantē iecoriq; adhęrentem bilem, pituitamq; & ſanguinem corruptū reuellerat. Interim prono in terram vultu propendens atq; incumbēs, nunc quidē nōnulla deſcribebat, deſcriptaq;

compendio perſtringebat, nunc viciſſim ex interuallo quieſcebat, nūc retrorſum modis omnibus intra ſe ſubhęſitās animiq́; pendēs, perdiu cogitabundus diuerſas in partes rapiebatur. Deinde multū ac diu tortū ſe ad contemplatiōem ferebat, & frōte reſupina imaginabatur, atq; ita diu imaginabatur vt plus ſeſquihora in hoc ſilētio moraretur. Tum vero trāſactis hiſce omnibus indidem exurgēs obābulabat, ſingulaq́; animantium viſcera preſſius intuitus explorabat, rimabatur, iterum atq; iterum penitus introſpiciebat, ea vbi depoſuiſſet, mox & eo in loco rurſum ſubſidebat, vnde paulo ante ſurrexerat. Abderitani igitur ſane q̄ triſtes me circunſtātes, ab oculiſq́; ſuis vix aut ne vix quidē lachrymas reſtinguētes. Viden' inquiunt, Hippocrates hanc Democriti noſtri vitam, vt affinis ſit inſanię, vt is miſer homo deriſui eſt quaqua incedit

εἴζων. εἶτα μετ' οὐ πολὺ τούτων ὀρθούμενος, ἐξαναστὰς περιεπάτει, καὶ τὰ σπλάγχνα τῶν ζώων ἐπεσκόπει· καὶ καταθεὶς αὐτὰ μετελθὼν, πάλιν ἐκαθέζετο. οἱ δὲ Ἀβδηρῖται περιεστῶτές με κατηφέες, ὃ οὐ πόρρω τὰς ὄψεις δακρυόντων ἐχόντων, φασίν· ὁρῆς μέν τοι τὸν Δημοκρίτου βίον ὦ Ἱππόκρατες, ὡς μέμηνεν,

cedit

καὶ οὔτε ὅτι θέλει οἶδεν, οὔτε ὅτι ἔρδει· καί τις αὐτέων ἔτι μᾶλλον ἐνδείξασθαι βουλόμενος τὴν μανίην αὐτοῦ, ὀξὺ ἀνεκώκυσεν, εἴκελον γυναικὶ ἐπὶ θανάτῳ τέκνου ὀδυρομένῃ. εἶτ' ἀνῴμωξεν πάλιν ὑποκρινόμενος προδίτης ἄλλους ὀλέσαντά τι ὧν διεκόμιζεν. καὶ ὁ

cedit om̄ibus, vt notos atq; ignotos faſtidiat, vt amicos & inimicos nullo diſcrimine habeat? Viden' tu illi macularí corpus totum maculis luridis, atra bilis agitat hominē, iā deliramenta loquitur, laruæ ſtimulāt virum. Dij boni, vt id morbi inceſſu vultuq; fateatur, vt nec quid velit homo amētiſſimus ipſe ſatis intelligat, nec quid item deſignet. Nō nemo ſimul cum inſano (ita enim prorſus quidem exiſtimabant) & ipſe reuera impendio plus inſaniens, geſtiens manifeſtandam hominis inſaniam mira quadam hypotypoſi mihi ob oculos ponere, ſtridulum quiddā acutumq; vlulauit, ſimilimum mulierculę ob immaturum filij vnice chari interitum enixius ſeſe affligēti. Alius quiſpiam dedita opera, quem neſcio, ſimulans viatorem, eo quod geſtauerat auro ſpoliatum, cuiq; à ſe perſequēte quopiam prędone quicquid erat fortunarū ſemel interceptum eſſet, nihilq; earum mercium quas ſecū

 circun

circũferebat, aut aſportaſſet aut extuliſſet, primũ maiorẽ in modũ lamẽtis gemituq́;, & fœmineo vlulatu illachrymabat, poſt deinde immane quantum vociferabatur. Quæ cum Democritus audiſſet, partim eos viciſſim irridebat, partim ſolens more ſuo immodicos edebat cachinnos, nec iam deinceps quicquã pergẽs amplius annotare, ab incepta nuper rime ſcriptura in totũ ſuperſedebat. Nihilq́; aliud interim toto corpore cõcuſſo quàm riſu diffluens, nunc huc nunc illuc caput vibrabat ſuum. Quæſo vos (inquam) viri Abderitę hic vos ſubſiſtite. Scitis ipſi aut porro ſcire merito debetis, medico diligenti priusq̃ conetur ægro adhibere medicinã, non ſolum morbũ eius cui mederi velit, ſed conſuetudinem valentis & naturã corporis eſſe cognoſcendam. Cauſa enim morbi inuenta, iam prope curationẽ omnem iſtã mihi eſſe inuentam velim vobis perſuadeatis. Neq; enim hæc ſolum conſideranda ſunt, ſed etiam morbi genus quod ſit, vtrum ſuperãs

Δημόκριτος ὑπακούων, τὰ μὲν, ἐμειδία, τὰ δὲ ἐξεγέλα. καὶ οὐκ ἔτι οὐδὲν ἔγραφεν. τὴν δὲ κεφαλὴν θαμινὰ ἐπέσειε συμ- ἐγὼ δὲ, ὑμεῖς μὲν ἔφην ὦ ἀβδηρεῖται, αὐτόθι μείνατε, ἐσώτερω δ᾽ αὐτὸς τῶν λόγων τῶν σωμάτων τ'

an deficiēs materia læſerit, corruptū corpus ſit, an integrum. Proinde ipſe ego Democriti cum ſermoni, tum corpori vicinior redditus, curioſius obſeruare, qua'nā ſit craſi, quo'ue corporis temperamento, facileq́; ita vero verius depræhendero qua tenetur ægritudine, qua've item afficiatur valetudinis infirmitate. Vos igitur inquam, hic manete, quin vos manetis? agedum manete. Efficiam porro vt me quamprimum reducē videatis. Nec vobis quidem (opinor) videbor diutius ac voletis affuturus. Hęc effatus quanto magis potui ſilētio, deorſum verſus ſenſim placideq́; parabā deſcendere. Mons erat tractu parivaſtus, ab omni natura & humano cultu alienatus, ſed ex eo medio quaſi collis oriebatur in immenſum pertingens, veſtitus oleaſtro ac myrtis aliȷ́ſq́; generibus arborum, quæ humo arida atq́; arenoſa gignūtur. Proinde locus ille admodum aſper, nec minus item confragoſus, longe introrſus pertingens atq́; in pręcipitium deuergēs, peranguſto aditu relicto, nanq; per omnia natura

ἀνδρὸς γνηθεὶς, ἰδών τε καὶ ἀκούσας, εἴσομαι τοῦ πάθεος τὴν ἀλήθειαν. καὶ ταῦτ' εἰπών, κατέβαινον ἡσυχῇ. ἦν δὲ ὀξὺ καὶ ἐπίφορον ἐκεῖνο τὸ χωρίον, μόλις δ' οὖν διαστηριζόμενος διῆλ-

velut opere atq; cõſulto prçceps erat, vix aut ne vix quidẽ offenſo, cui innitẽs ac inhærẽs lubricos gradus conſtabilirẽ, ægre quidem, ſed tamen penetraui tandẽ, vbi non prius finem penetrandi feciſſem, quàm ædibus appropinquaſſem. Cũ igitur illi proximus aſtitiſſem, ſed longo interuallo, tamẽ proximus, cumq; ante expectatũ & præter opinionẽ in eum incidiſſem, atq; iã non ita procul à tergo eius abeſſem, ſi quando alias perſçpe, tũ vero potiſſimũ diuino quodã furore correptus, ingenti cum impetu quiddã calamo perſtringebat. Verecũdia igitur impeditus, & loci inſolentia nonnihil cõmotus, cõmodum ſubſtiti, retroq; pedes cũ voce repreſſi, ſentiens me ad eum veniſſe id tẽporis, vt abeũdum eſſet, nę verbũ quidem auſus facere tantiſper hęſi, dum opportune aliquãtulum ex interuallo reſpiraſſet. Didicerã enim iam olim, non obſtrependũ, nec obturbãdum importunius ijs, qui rebus alioq ſerijs ſunt occupati. Itaq; promiſſa bar ba, reductisq; ſupercilijs ſecũ murmurans neſcio qd ſenſim accedit Titanico vultu aſpi-

ϑοις. ἐπεὶ δὲ πλη-
σιάζων ἔτυχεν ἐπελ-
θὼν αὐτέῳ, ὅ τι δή πο-
τε γράφειν ἐνθουσιω-
δῶς καὶ μεθ' ὁρμῆς. εἰ-
στήκειν οὖν αὐτόθι πε-
ριμένων αὐτέου τὸν
καιρὸν τῆς ἀναπαύ-

σιος. ὁ δὲ μετὰ μικρὸν
τῆς φορῆς λήξασαν τὴν
γραφίου, ἀνέβλεψέ
τε εἰς ἐμὲ προσιόντα,
καὶ φησί. χαῖρε ξένε. κἀ-
γώ. πολλά γε καὶ σὺ
Δημόκριτε ἀνδρῶν
σοφώτατε. ὁ δὲ αἰδε-
σθεὶς οἶμαι. ὅτι οὐκ
ὀνόματι προσεῖπέ με
σὲ δὲ ἔφη τί καλέο-
μεν; ἄγνοια γὰρ τοῦ
σοῦ ὀνόματος ἦν πρό-
φασις τῆς τοῦ ξένου
προσηγορίας. Ἱππο-
κράτης ἔφην ἔμοιγε
τοὔνομα ὁ ἰατρός. ὁ

aſpiciēs. Iam vero poſteaq̄ vehemēs ille cœleſtis impetus paulatim paululū refrixiſſet me recta ad eū introeuntem, ceruicē in tergum reflectens, tranſuerſimq; hirquis, ſubinde reſpiciens, & mihi faciens ſui quodora ui copiā: Salue inquit, hoſpes. Tum ego: Et tu quoq; multū ſalue Democrite, virorum omnium ſapientiſſime. Gaudeo te nobis optātibus incolumem eſſe redditum. Subueritus (arbitror) quod me meo nō compellaſſet nomine, ignoratio (inquit) tui nominis mi hoſpes in cauſa fuit, occaſionēq; nobis dedit, cur te nō familiari, ſed cōmuni compellans vocabulo hoſpitem, perigrinumq; ſalutarim. Cognitio enim nominis ferè mutuæ conciliatrix ſalutationis atq; occaſio familiarius iucundi ſodalitij eſt. Hippocrates (inquam) vocor medicus ille ego. Tū is, inquit, vel nobilis illa Aſcle

piadarum propago tā celebrata, q̄ quæ celebratiſſima. Dij boni cuiuſmodi eſt? Quid, q̄d & celebritas famę tuę plurima'que illa tua in re medica gloria, & re cōditior eruditio, iam olim longe lateq; peruagata ad nos q̄q; permanauit tādem? Quin tu nobis mi Hippocrates vnicum medicorū ornamētum, decus columenq; verbis tribus ediſſeris q̄ dudum huc appuleris. Nunquid nā noui? Satin' res ſaluæ?

δὲ εἴπειν. ἡ τῶν ἀσκληπιαδῶν εὐγένεια, πολὺ γε σὺ τὸ κλέος τῆς ἰητρικῆς σοφίης πεφοίτηκεν. καὶ ἐς ἡμέας ἀφίκεται. τί δὲ χρέος ἑταῖρε δεῦρο σε ἤγαγε; μᾶλλον δὲ πρὸ πάντων, κάθησο. ὁρῇς δὲ ὡς ἔστιν οὗτος οὐκ ἀηδὴς ὁ φύλλων θῶκος, ἔτι χλωρὸς δὲ μαλθακὸς ἐγκαθίζειν προσηνέστερος τοῦ τῆς τύχης ἐπιφθόνου θώ-

Ecqua denique te horſum adegerit neceſſitas? Quin tu potius ante omnia conſides? Age conſide. Conſidēdum (inquam) tibi eſt. viden' hunc foliorum aceruulum, thorumq; reuera non prorſus inamœnum, nec viſu iniucundum item, vt herbidus eſt, vt molliuſculus eſt ad recumbēdum, vt deniq; infinitis partibus cōmodior, quàm operoſa illa inuidiæq; plena fortunæ ſubſellia? Malo equidem in hac mea ſedicula ſedere, quàm in ſella curuli.

ruli. Ad hæc næ ego haud paulo hortulum
hunc omni herbaꝝ genere inſtructiſſimum
& perinde vernantiſſimum malim, quã eo-
rum omnium qui eſt apud Satrapas appara
tum. Eſt enim is ſub hoc diei tempus & opa-
cus & frigidiuſculus. Etenim eſt in eo loco &
graminum ſmaragdinus viror, & blandiſſi-
mus floſculorum ac frondiũ aſpectus. Quid
dicam volucres circũq; ſupraq; æthera mul-
centes cantu? quid arborum ramis inſpirãtes
auras? quid ipſam longe proſpiciendi liberta
tem? quid dulce interlabẽtis riuuli murmur?
Deniq; nullum in vita vidi meliorem mea ſen
tẽtia. Hippo. Vt hic ſuauiter virẽt oĩa. Demo.
Digna profecto Muſis ſedes. In hoc loco cui
poſſit obrepere tædium? Nihil hic eſt non a-
mœniſſimum, nihil non voluptatis plenum.
Quàm lęto gramine pratum viret vernãtiſſi
mum? Quàm blanda florum varietate picta
nitent gramina? Quanta colorũ gratia iucun
diſſimorum, hinc roſis formoſe rubentibus,
hinc niueis lilijs placide candentibus, hinc
purpureis violis blande arridẽtibus, hinc ful
uis thymis ſuaue ſpirãtibus, breuiter vix ar-
bitror vel Theſſala tempe, vel hortos Alcinoi
cum his conferẽdos, imo ne Heſperidum qui-
dem. Si mihi Nauſicae patrios cõcederet hor
tos, Alcinoo poſſem dicere malo meos. Equi-

dem dum hic ſum in inſulis fortunatis mihi eſſe videor. Hippocrates. Hic vel ipſa triſtitia poſſet hilareſcere. Demo. Imo ipſa ſenecta repubeſcere, adeo vernant ac rident omnia. Vel roſetum illud quàm adblanditur? vt ſi ipſius almę Veneris ſit manibus conſitũ non poſſit magis. Et me hercule quantum ſuſpicor ab illis propagatũ eſt roſis, vnde ea in formę olim certamen itura ſertum ſibi concinnauit. Sedente vero me, rurſus (vt occeperat) ſciſcitatur: Quid tu Abderam inſolens? Satin ſaluus? Satin ſoſpita reſpublica? Quid tu iamdudũ in portum huc venis?

κων. καθίσαντος δὲ μου, πάλιν φησὶν· ἴδιον οὖν ἢ ἐπιδήμιον πρᾶγμα διζόμενος δεῦρο ἀφῖξαι; φρα-

Sed tibi curſum venti quæ fata dedere, Aut quis te ignarum noſtris deus appulit oris? Illud ægre meo eſt animo, te adeo longo itinere, periculoſoq; mari, mei cauſa per locũ hũc multis inacceſſum citra comitem, bene mane ad nos venire, profecto commodiorem hominis aduentum ad tempus non vidi. Reſpõde obſecro hoc vero ſerio quod te rogo. Priuatum'ne, an (quod potius crediderim) populare capeſſens negotium huc te recepiſti? Ingenue fateor atque manifeſte eloquitor. Siquidẽ nihil quicq̃ tibi à me deerit, atq; adeo

in

ξεο σαφῶς. καὶ γὰρ ἀμεῖς ὅτι δυναίμεθα, συνεργοῖμεν ἄμ. κἀγὼ, τὴν μὲν κατ' ἀλήθειαν ἐφ' ἣν ἄξιον δεῦρο στοχάζειν ἥκω, ξυντυχεῖν σοφῷ ἀν-

in vnaqualibet re, quod ad nobis erit integrũ, mutuas tibi operas nr̃as locabimus, id quod rè ipſa quàm verbis faciam libentius. Gaudeo me nactum eſſe opportunitatem qua meum erga te amorem declarare poſſem. Atqui ego (inquam) ita mihi teſtis ipſa veritas, itá que me bene iuuet Apollo, vt tua vnius gratia, modo admodum huc aduenerim, & quid ni aduenĩam vero? quandoquidem perdiu optaui te multis de cauſis poſſe cõuenire. Primum, vt quem iam olim ſemper abſentem plurimi facio, tãto interuallo viderem. Tum vt quibus de rebus vellemus tu tuis, ego meis inter nos communicaremus. Præterea vt te (at deos immortales quo viro, quàm humano, q̃ ſagaci, quàm experiente, cui omnes in phyſicos primas deferunt) familiariter aliquanto tempore certè pauliſper vterer. Vtinã aliquãto diutius imo vtinã ætatem omnẽ tecũ liceret exigere. Poſtremo vt de cõmunibus ſtudijs, vltro citroq; nõnulla tecum conferremus. Cum enim vnũ te pluris quàm omnes rei medicę profeſſores ſemper fecerim, tuoq; vnius iudicio lõge ſubactiſſimo

actiſſimo multo ſtare malim quàm reliquorum omnium. Mihi certiſſimum eſt ab honeſtiſſima ſententia tua, digitum nunquàm. Semper autem ſperaui fore, vt tui copia nobis contingeret tãdem. Iam id ſane gaudeo, quod non nihil, imo multum mihi occaſionis ſuppeditauit patria, cuius nomine huc allegatus ſũ, ad obeunda reip. nr̃æ munia functiõesq́;. Tũ ille: Grata eſt mihi vehemẽter memoria nr̃i tua, eam ob rem tibi ſi quid vſus venerit, libẽs

δρί. ἔχει δὲ πρόφασιν ἡ πατρὶς, ἧς πρεσβεύειν τελῶ. ὁ δὲ ξενίῃ τοίνυν φησὶ τὰ πρῶτα κέχρηκε ἡμετέρῃ. πειρεύμενος δὲ καὶ τῷ κατὰ πάντα τ' ἀνδρός. καὶ ὅπερ ἤδη μοι καταδῆλον μὴ πρα-

benefaxim. Adhæc cũ haud grauate faciã omnibus copiã mei, tũ tibi cum primis, cui videor plurimum prodeſſe. Noſtra igitur amicitia, noſtro & hoſpitio quoq; iam nunc vtare licebit, apud nos enim ſic eris tãquàm domi tuæ. Ingrediare igit̃ & introſpicias quæ mea ſunt omnia. Quanquàm iam pridem plus ſatis compertum haberem, atq; res ipſa loqueretur, cõtra eſſe ac mihi de Democrito conabãtur perſuadere quidam. (Nunq̃ enim aliter atq; eſſet Democritus induxi in animum meum, ac quiduis potius quàm Democritũ delirare

credidi

credidi)Tamẽ vt improbis Abderitarum vo tis ſatisfacerem,nihilq; intentatum relinquerem, dicebam: Quæſo te mi Democrite cedo

κόπτειν ἐόντος. Φιλοποίμενα οἶσθα ἔφην πολίτην ἐόντα ὑμέτερον; ὁ δὲ καὶ μάλα εἶπεν, τὸν Δάμωνος λέγεις υἱόν, τὸν οἰκοῦντα πρὸς τὴν ἑρμαΐδα κρήνην; τοῦτον εἶπον. οὗτος τυγχάνων ἐκ πατρῴων ἴδιος ξέ

Noſtin veſtratem ciuẽ Philopœmenẽ? Noſtratem: lumen & vnicum totius Abderæ decus, noui, inqt, noui, æque ac te. Notior mihi nullus viuit atque is eſt. Si quidem illũ Damonis filium adnarres, degentem ad Mercurij fontẽ, cognomento Hermaida. An vero Hippocrates ego hũc ſolus ignorem? ſolus in Abdera vrbe hoſpes verſer, ſoli deniq; vni mihi meæ peregrinentur aures? Ne multa. Magna mihi cum illo iam inde vſq; à pueritia ſemper fuit familiaritas. Quo cum mihi amicitiã reſp. conciliauit, hoſpitium voluntas vtriuſq; coniunxit, familiaritatẽ conſuetudo attulit, ſummã vero neceſſitudinem magna ei⁹ officia, & in me & in maiores meos effecerũt, poſtea vero peculiaris factus ſum hoſpes, nec minus intelligo me illi quam illũ mihi eſſe iucundum, ſiue quod patris eius beneficia in me ſunt ampliſſima, ſiue q̧ is mihi

quoq;

quoq; viciſſim paternus eſt amicus, quo cum iam olim mihi vetus eſt amicitia, quã ego neceſſitudinem ſancte colendam cenſeo. Cui ob ſtrictus ſum memoria beneficij ſempiterna. Breuiter tãto in me amore extitit, vt negaret fas eſſe nõ modo domicilio, ſed ne ſepulchro quidem ſe à me eſſe ſeiunctum. Cæterũ mi Democrite aliud quiddã profecto eſt, quod magis arriſerit, in animoq; meo inſederit. Proinde abs te, pro tua ſingulari humanitate maxime contendo, vt longe mihi acceptiore multo q́; potiore nos accipias hoſpitio, atq; ita magnũ iſtud tuum beneficiũ, maiore cumulo auxeris. Ego vero ac maximo quidem ſtudio mi Democrite multisq; ex tuis pręclariſſimis muneribus nullum magis

νος, ἀλλὰ σὺ Δημόκριτε, τῇ κρείσσονί με ξενίῃ δέχου. καὶ πρὸς ὅτι γε τί τοῦτο τυγχάνεις γράφων φράζε; ὁ δ' ἐπισχὼν ὀλίγον, περὶ μανίης ἔφη. κἀγὼ, ὦ Ζεῦ βασιλεῦ φημι. εὐκαίρως γε ἀντεγράφεις πρὸς τὴν πό

expecto. Quin tu igiť vno verbo mihi expedis, ecquid illud erat quod ſcripturiebas? anteq̃ aliquo loco conſedero, illud mihi velim prius ediſſeras. Ibi paululũ homo ſe cõtinẽs atq; ſubhæſitans, de inſania (inquit) de inſania. Tũ ego: Iupiter rex, vt opportune in hãc

ſcribis

λιν. ὁ δὲ, ποίην φησὶ πόλιν Ἱππόκρατες; ἐγὼ δὲ οὐδὲν ἔφην ὦ Δημόκριτε. ἀλλ᾽ οὐκ οἶδ᾽ ὅπως προσέπεσεν. ἀλλὰ τί ἤδη μανίης γράφεις; τί γὰρ εἶπεν ἄλλο, πλὴν εἴτις τε εἴη, ὅκως ἀνθρώποις ἐγγίνεται, τίνα τρόπον ἀπόλλυται. τά τε γὰρ ζῶα ταῦτα ὁκόσα ἔφη ὁρῇς, τουτέου μὲν εἵνεκα ἀνα

ſcribis vrbem inſaniæ vernaculam. Ecquam, inquit ille, tu hic mihi nominas vrbē o Hippocrates? Nihil quicq̄ profecto dixi Democrite, verū haud ſcio, quo'nā pacto per inanē quandā loquendi profluentiā, nōnihil lapſus ſum, neſcio quid temere effutiendo. Sed amabo dic quid'nā tandē ſcribis de inſania? Quid enim inquit aliud quàm illud ipſum, quænā ſit, quid ſit ipſa inſania, q̄ pacto hominibus innaſcatur, vbi ſit, quæ'nā cauſa ſit cur creſcat pariterq; decreſcat, quō ita quālibet occulas ſeſe prodat, itaq; repēte erūpat, vt eā cupientes tenere nequeamus, & qualiter cerebrū, venas, præcordia, deniq; totū corpus occupet. Vtq; primū tacitis vndis inſurgit mare, mox exaſperata tēpeſtate procul fremit ac reſonat: ita homines bili efferueſcentes, primū tacite inardeſcāt, deinde erūpant in conuitium. Quotquot autem hic intueris (aiebat) animātia, nimirū huius rei gra

quoq; viciſſim paternus eſt amicus, quo cum iam olim mihi vetus eſt amicitia, quã ego neceſſitudinem ſancte colendam cenſeo. Cui ob ſtrictus ſum memoria beneficij ſempiterna. Breuiter tãto in me amore extitit, vt negaret fas eſſe nõ modo domicilio, ſed ne ſepulchro quidem ſe à me eſſe ſeiunctum. Cæterũ mi Democrite aliud quiddã profecto eſt, quod magis arriſerit, in animoq; meo inſederit. Proinde abs te, pro tua ſingulari humanitate maxime contendo, vt longe mihi acceptiore multo q; potiore nos accipias hoſpitio, atq; ita magnũ iſtud tuum beneficiũ, maiore cumulo auxeris. Ego vero ac maximo quidem ſtudio mi Democrite multisq; ex tuis pręclariſſimis muneribus nullum magis

νος, ἀλλὰ σὺ Δημόκριτε, τῆς κρείσσονί με ξενίης δέχου. καὶ πρόσω γε τί τῶν τυγχάνεις γράφων φράζε; ὁ δ' ἐπισχὼν ὀλίγον, περὶ μανίης ἔφη. κἀγώ, ὦ Ζεῦ βασιλεῦ φημι. εὐκαίρως γε ἀντιγράφεις πρὸς τὴν πό-

expecto. Quin tu igiť vno verbo mihi expedis, ecquid illud erat quod ſcripturiebas? anteq̃ aliquo loco conſedero, illud mihi velim prius ediſſeras. Ibi paululũ homo ſe cõtinẽs atq; ſubhæſitans, de inſania (inquit) de inſania. Tũ ego: Iupiter rex, vt opportune in hãc ſcribis

λιν. ὁ δὲ, ποίην φησὶ
πόλιν ἱππόκρατες;
ἐγὼ δὲ οὐδὲν ἔφην ὦ
Δημόκριτε. ἀλλ' οὐκ
οἶδ' ὅπως προσέπε-
σεν. ἀλλὰ τί ἤδη μα
νίης γράφεις; τί γὰρ
εἶπεν ἄλλο, πλὴν εἴ-
τις τε εἴη, ὅκως ἀν-
θρώποις ἐγγίνεται,
τίνα τρόπον ἀπόλλυ-
ται. τά τε γὰρ ζῶα ταῦ
τα ὁκόσα ἔφη ὁρῆς,
ξυντέυ μάλιστα γε ἀνα

ſcribis vrbem inſaniæ vernaculam. Ecquam, inquit ille, tu hic mihi nominas vrbẽ o Hippocrates? Nihil quicq̃ profecto dixi Democrite, verũ haud ſcio, quo'nã pacto per inanẽ quandã loquendi profluentiã, nõnihil lapſus ſum, neſcio quid temere effutiendo. Sed amabo dic quid'nã tandẽ ſcribis de inſania? Quid enim inquit aliud quàm illud ipſum, quænã ſit, quid ſit ipſa inſania, q̃ pacto hominibus innaſcatur, vbi ſit, quæ'nã cauſa ſit cur creſcat pariterq; decreſcat; quõ ita quãlibet occulas ſeſe prodat, itaq; repẽte erũpat, vt eã cupientes tenere nequeamus, & qualiter cerebrũ, venas, præcordia, deniq; totũ corpus occupet. Vtq; primũ tacitis vndis inſurgit mare, mox exaſperata tẽpeſtate procul fremit ac reſonat: ita homines bili efferueſcentes, primũ tacite inardeſcãt, deinde erũpant in conuitium. Quotquot autem hic intueris (aiebat) animãtia, nimirũ huius rei gra

tia, iterum atq; iterum reſeco, euiſcero, atque exẽtero. Nõ q̄ odio habeã (qui.n. poſſem) mirificẽtiſſima dei opera, ſed q̄ bilis, pituitæ, corruptiq; iuxta ac aduſti ſanguinis naturã ſedẽq; perqſitius inueſtigẽ, quo'ue deprẽhẽdã bilẽ atrã, ſeu melancholiã, ſordes fœculẽtas diſſitas plurimum ab vitæ principijs, letitię hoſtes ac liberalitatis, ſenio et morti velut cognatiõe iunctas. Quã naſci conſtat quoties caro in humorem craſſum & ſpumidũ, inimico igni cõliqueſcit. Signa eſſe, graue caput, ceruicẽ torpentẽ, tẽpora pulſata, auris præcipue dextræ tinnitũ. Deprehendi potiſſimum incenſo lapide gagate, & rotæ figularis circumactu. Abũde enim ſatis iuxta mecum agnoſcis, bilem morborum cauſam eſſe, malaſq; ex eius intemperatura gigni valetudines, quæ cum exuperat, extrinſecus varios producit tumores, intrinſecus vero cohibita vrentes, edaceſq; morbos generat. Scis etiam vt atra

τέμνω ἕνεκα, οὐ μισέων θεοῦ ἔργα. χολῆς δὲ διζήμενος φύσιν καὶ θέσιν. οἶδα δὲ ἀνθρώποισι παρακοπῆς, ὡς αἰτίη ἐστὶ τὸ πολὺ αὕτη πλεονάζουσα, ἐπεὶ πᾶσι μὲν φύσει ἐνυπάρχει. ἀλλὰ τοῖς μὲν ἔλαττον, τοῖς δὲ ἔστι πλέον. ἡ δ᾽ ἀμετρίη αὐτέης νοῦσοι τυγχάνουσιν, ὡς ὕλης, ὁτὲ μὲν ἀγαθῆς ὁτὲ δὲ φαύλης ὑπο

vt atra bilis frigida permulta ex humoris abundantia coaleſcens, vltraq; legitimam mēſuram redundās, ſemper aut ferè ſemper, cauſa ſit ignauiæ, ſeminariumq; delirij. Ex hoc em̄ fonte deriuantur innumera morborum genera. Hinc pullulant febres, hinc gliſcunt paralyſes, hinc naſcuntur tremores, hinc manant apoplexiæ, hinc vlcera erumpūt, hinc prouenit celerrimus vitę exitus. In ſumma, ab huius redundantia vnumquodlibet morborum genus proficiſcitur. Equidem licet bilis natura inſit omnibus, tamen apud alios quidem rarior, apud alios vero copioſior, alicubi plenior, alicubi dilutior inuenit. Immodica cuius diſproportio, exceſſus atq; mala conſtitutio, nihil aliud quàm ægrotationes morbiq; ſunt. Idq; iuxta eius cui hæc inſit bilis copiā & inopiam, iuxtaq; materiam ſubiectā interim bonam, interim prauam atq; vitioſam. Proinde nō iniuria video placuiſſe ijs, qui vim naturæ penitus perſpectam habeant, in affectis corporibus, in primis bilem eſſe fortiter prohibēdam atq; profligandam, ne paulatim vires acquirendo hominem vel ad inſaniam, vel ad interitum deniq; redigat. Id vt ne fiat, hęc res quam modo dixi, ſola eſt remedio. Quemadmodum enim qui ſinunt fœnus accreſcere cum adeſt dies grauiter è capite laborant: ſic

biliosi atq; cholerici qui purgari nolunt, ſub tēpus collecta, indies maiori bile poſtea grauiter diſcruciantur. Contra vt paulatim vmbra remiſſa ſentimus nos magis eſſe in lumine: ita ſenſim imminuta bili ſincerus induciť habitus. Proinde ſapiunt qui volunt exacte cognoſci naturam bilis, aſſeuerantes id eſſe principium totius curationis. At horum temporum medici, tantum abeſt vt in hac exercitati ſint, vt alios id faciētes dānent, velut inutilia conātes. Hippocrates. O inſignē dementiam iſtorū. At ego per Iouem inquam, Democrite, non minus vere q̄ prudēter hęc ediſſeris

κημελίνης. κἀγὼ νὴ Δία
ἔφην ὦ Δημόκριτε,
ἀληθέως γε καὶ φρονί

Metuebam ne odio ciuitatis huius inflāmatus, liberius quædam in illam debacchareris, & Abderitas illos tuos hominū quos terra ſuſtinet ſtupidiſſimos mordicos arriperes, multoq; ſale defricares, qui te idcirco putēt bene audire velle, vt illi male audiāt. Abderitanis aūt natura peculiarē eſſe mentis ſtuporem, à pleriſq; iam olim mihi renunciatū eſt, vt non iniuria Abderitas in ſtuporis inſaniæq; fabulam abijſſe crediderim: huicq; vrbi vicina eſſe paſcua in quibus equi paſti inflammantur rabie. Sic enim iam locutus es, vt nō odio permotus eſſe videare quo

debe-

debebas, ſed miſericordia quæ illis nulla de-
betur. Quamobrē multo nunc te modeſtiſſimum, atq; adeo feliciſſimū eſſe deputo Democrite, vt qui beatā illā vitam ex inueſtigatione naturæ cōſequi ſtudes, qui merito pro iure tuo ſummum etiam bonum illud εὐθυμίαν ſæpe, & ἀθαμβίαν appellas, id eſt animum à terrore liberum. Qui recto quietoq; animi ſtatu, & magna tranquillitate fruare: Qui moderatione & conſtantia quietus animo es, tibiq; ipſe placatus, vt neq; tabeſcas moleſtijs, neq; frangaris timore, nec ſcienter quid appetēs ardeas deſiderio, nec alacritate futili geſtiēs deliqueſcas. Cuius item animus q̄minimum à cogitatiōibus abducitur, & nulla ſuperſtitiōe, nullo metu, aut alia quauis perturbatione agitatur. Eos enim ſanos intelligi neceſſe eſt; quorum mens motu quaſi morbo perturbata nullo ſit: qui cōtra affecti ſunt, hos inſanos appellari neceſſe eſt. Vt vulgus ineptū magno labore magnoq; impēdio remedia ab extremis Indis aut Aethiopibus petūt, cū in hortis nobis naſcat̄, q̄ morbis mederi poſſimus: Ita pręſidia beatę vitæ magno molimine foris quęrūt in imperijs, in opibus, in voluptatibus, cùm in animo ſit, quod nos

μος λέγεις. ὅθεν εὐδαίμονά σε κεῖνω, φρονοῦντας ἀπολαύον

beatos efficiat. Nobis vero & ſi maxime vellemus tantę participes eſſe qetis minime permiſſum eſt. Interrogãtia aũt Democrito quãobrem nobis non permitteretur, & quid tandem nos impediret tãta frui tranquillitate. Reſpondimus in cauſa eſſe, quod vel peregrinatio, vel liberi, vel lucra, vel debita, vel accepti atq; expẽſi ratio, vel ægrotationes, vel mortes, vel miniſtri,

τα ἡσυχίης. ἡμῖν δὲ μετέχειν ταύτης οὐκ ἐπιτέτραπται. ἐρομένου δὲ διατί ὦ Ἱπποκράτευς οὐκ ἐπιτέτραπται; ὅτι ἔφην, ἢ ἀγροικίη, ἢ τέκνα, ἢ δάνεια, ἢ νοῦσοι, ἢ θάνατοι, ἢ δμῶες, ἢ γάμοι, ἢ τοιαῦτά τινα τὴν εὐκαιρίην ἡμέων ὑποτέμνεται; ἐνταῦθα δὴ ὁ ἀνὴρ εἰς τὸ εἰωθὸς πλάτος κατηνέ-

vel nuptiæ, aliaq; id genus ſexcẽta, omnẽ illã nobis opportunitatẽ prorſus intercipiũt, adimunt, interſecant. Adeo non licet hominẽ ſæpius eſſe ita vt vult, ſi res non ſinit. Non te clam eſt inquam Democrite, in eodem hominum genere non ſtatim omnes æquales eſſe, verum hominum habendam eſſe rationẽ, nõ tantum conditionis. Feras igitur, non culpes quod mutari non poteſt. Hæc vbi vixdũ paucis expediſſem, bonus ille vir, vt olim ſe oſtẽdit, idem eſſe nihil ceſſabat vſq; adhuc, moxq;

ad conſuetam illam ſuam ridendi affectionẽ, naturæq; propenſionem delatus eſt. Vtq; maxime tẽtaſſem, fortaſſe vix tamẽ ægreq; potuiſſem frãgere hominis facetiſſimi corroboratam iã vetuſtate ridendi conſuetudinem. Cuiuſcunq; enim affectionũ frequentius tegẽdum ſe quis auferendumq; permiſerit, ea totum demũ occupat hominẽ, iuriſq; ſui facit, & ſequitur ipſa conſuetudo. Tum permultis guttulis hinc inde ab oculis immodico pr̨ riſu exilientibus, iterum atq; iterum effuſe cachinnatus eſt. Et nunquàm quod ſciam toto eo die adæque riſit, & aſpexit me quidẽ illo vultu, quo tum ſolebat, cum omnia ridebat, ac deinde in totum quieſcebat. Tum ego: Sic inquam ſane ita vt vis, ſed illud interim mihi velim ſubaperias, ecquid ſit quod tu iam nũc rurſum naſo ſuſpendis? Vtrum'ne bona ea quorum modo meminimus, an potius mala? Ac tũ quoq; homo in riſu obfirmatior, quàm ne ſi cupiat quidem, facile poſſit ſeſe coercere, multo impenſius riſu diffluebat. Id Abderitani àlonge

λήθη. καὶ μάλα ἀθρόον
τι ἀνεκάγχασε, ὥστε ἐ-
πιτώθασε, ὥστε λοι-
πὸν ἠπυχίλω ἦγε. κἀ-
γὼ, τί μέντοι Δημό-
κριτε ἔφην γελᾷς;
πότερον τὰ ἀγαθὰ
ὧν εἴπομεν ἢ τὰ κακά.
ὁ δὲ ἔτι μᾶλλον ἐγέλα.

conſpicati, alij quidem ſua ipſorum capita vibrabãt, alij facies diſcerpebãt, alij capillos vellicabãt, alios aliter cõmotos eſſe turbatosq; plane deprehenderes. Democritus aũt perinde atq; poſtea mihi retulerunt Abderitæ, præter conſuetum illum ſuum ridendi modum, in laxiores reſolutus cachinnos, effuſiſſimũ riſum ridebat. Quẽ ſimul atq; omiſiſſet, pergens porro dicebam: Democrite optimorum ſapientiſſime, & ſapientum optime, cupio equidem & iam pridem cupio, huius tui riſus cauſam cognoſcere, quamobrem etiam atq; etiã abs te contendo, vti mihi ſubindices quî nã dignus tibi ſim viſus, hoc tam immani riſu. Hoc demum ægre eſt, me hoc ætatis etiam cum alijs fortaſſe non iniuria meritis, immerentem ſubſannari. Ita'ne tandẽ queſo ipſe tibi videor eẽ deridiculus, an profecta à me verba, hos tot

καὶ ἄποθεν ὁρεῦντες διαβδηλεῖται, οἱ μὲν, τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, ἔπαιον. οἱ δὲ, τὰ μέτωπα. οἱ δὲ, τὰς τρίχας ἔτιλλον. ὁ γὰρ ὡς ὕστερον ἔφησαν, πλεονάζοντι παρὰ τὸ εἰωθὸς τῷ γέλωτι ἐχρήσατο. ὑποτυχὼν δ' ἐγὼ, ἀλλ' ἀμὴν ἔφην, σοφῶν ἄριστε Δημόκριτε, ποθέω γὰρ αἰτίην τοῦ περὶ σὲ πάθεος καταλαβέσθαι, τίνος ἄξιος ἐφάνην ἐγὼ γέλωτος, ἢ τὰ λεχθέντα;

tãtosq; tibi eliciunt pariuntq; cachinnos? Nolo diſſimules, aperte ipſa vt res eſt indicato,

ὅπως μαθὼν παύσωμαι τῆς αἰτίης. ἢ σὺ ἐλεγχθεὶς, διακρούσῃ τοὺς ἀκαίρους γέλωτας.

quo vel ego acceptã huius rei abs te cauſa, admiratione ſuperſedeam, vel ne deinceps committam, vt vllum meum factũ iure poſsis reprehendere, vel tu mihi reprehenſus, intẽpeſtiuos hoſce coerceas cachinnos. Cachinnus, & immodicus ille totum corpus quatiens riſus, nulli decorus eſt, nedum ſeni, eidẽq; phyſico. Putant autem, & recte quidem putant, riſum effuſiorem graui viro vehementer indecorum eſſe, propterea quod videatur ab animo impotente proficiſci. Siquidem turpe eſt viro graui muliebri more eiulare ſi qd doleat, ita gaudio immoderato in cachinnum effundi parum decorum. Scis tu quidẽ riſum oportere in graui viro eſſe rarum ac moderatum, multum à cachinno, & ab eo quem Græci vocant συγκρούσιον diſtantem. Nec minus dedecet riſus Sardonius, qui nudat dẽtes. Quibuſdam hoc vel natura vel praua cõſuetudo addidit, vt nihil dicant abſque riſu. Ipſe noui virum omnibus numeris laudatũ, in quo vix quicq̃ potuiſſes reprehẽdere, niſi quod ad ſingulas orationis clauſulas adderet

riſum. Hercules inquit ille, ſi tu me poteris, (vt tibi forraſſis pulchre poſſe videris) iure reprehendere, profecto Hippocrates talem medendo curationem curabis, qualem nullā hactenus aut potuiſti, aut forraſſe poteris vnq̃.

ταις. ὁ δὲ ἡράκλεις ἔφην εἰ γὰρ δυνήσῃ με ἐλέγξαι, θεραπείην θεραπεύσεις, οἵην οὐδέ πω ποτε ὦ ἱππόκρατες. καὶ πῶς οὐκ ἐλεγχθείης ἔφην ὦ ἄριστε. ἢ οὐκ οἴει ἄτοπος γενέσθαι γε·

Ad hæc bene erit opera tua tibi poſita, efficiā em̃ fœneratū iſthuc beneficiū tibi pulchre dicas. Etiā atq; etiā nobis videndum eſt (inquā) Democrite, ne aut irriſiōe aut odio digni putemur, ſi aut tragœdias agam⁹ in nugis, aut cōuellere adoriamur ea, quę nō poſſunt cōmoueri. Videamus (inquit ille) etiam, ne iſta quę per admirationem parare volumus, & ridicula, & odioſa fiant. Non conturbabit ſapiens publicos mores, nec populum in ſe nouitate vitæ conuertet. An non igitur (inquam) tu optimo iure dignus ſis, qui vel acriter in frontem coarguare o præclare, quippe qui quicquid ſit in vita mortalium rideas, adeo' ne ſtulta quædam res tibi videtur vniuerſa vita noſtra, vt eam prorſus inepte ſtultam plane' que deridiculam, atq; adeo ſummæ inſaniæ & dicas & ſentias eſſe damnandam! Hei Democrite haud

te haud decorum facinus tuis factis facis, q̃ hoc intolerabile ſit in te, vt nihil aliud certe phyſico. An tam expers communis ſenſus es, vt ignores intempeſtiuum tibi eſſe, cum ſemper alias, tum hoc loco, his ſpectatoribus, hac fama, hac eruditione, hac ætate, hac denique profeſſione deridere aut mortem hominis, aut languorem, aut motæ mentis alienationem, aut deliriũ, aut cædem, aut iugulationẽ, aut ſi quid ſit aliud hiſce miſerius atq; calamitoſius? Nã quiſnam eſt tã demens qui retrorſum inceſſat, vel nuptias, vel panegyricos, vel filiorũ procreationẽ, vel myſteria, vel arcana deorum ſacra, vel imperia, vel honores, vel nomen vndiq; clarum modiſq; omnibus ſuſpiciẽdum? Quæ autem conueniebat te in primis digna cõmiſeratione cẽſere, derides: ob quę́q; vel ex animo oportuit te lętari, hęc

λῶν ἀνθρώπου θάνατον, ἢ νοῦσον, ἢ παρακοπὴν, ἢ μανίην. ἢ μελαγχολίην. ἢ σφαγὴν, ἢ ἄλλο τι χεῖρον· ἢ τοὔμπαλιν γάμους, ἢ πανηγύρεις, ἢ τεκνογονίην, ἢ μυστήρια, ἢ ἀρχὰς, ἢ καὶ τιμὰς, ἢ ἄλλο τι ὅλως ἀγαθόν. καὶ γὰρ ἃ δέον οἰκτείρειν, γελᾷς. ὦ ἐφ' οἷς ἥδεσθαι χρὴ, καταγελᾷς τουτέων. ὥστε μήτε ἀγαθὸν, μήτε κακὸν παρὰ σοὶ διακε-

itidem

Itidem derides omnia. Eſt iſthuc(quantũ hinc licet videre) datum tibi, vt ſtomachoſa iuxta ac moroſa, ne dicam ſubodioſa ſint alijs quæ ſatis omnia. Flammam facilius ore inardente opprimi poſſe crediderim, quàm te riſum tenere. An nondum etiam ſatis cachinnatum eſt o Democrite? Itan' contẽnuntur abs te, aut itane tandem idonei tibi videntur Abderitani, quos tam aperte ridere incipias? Nihil vereare? Saltem accurate, ne grauius offendantur: certe ſi reſciuerint vlciſcẽtur, vt ne impune in illos illuſeris. Vide ne vbi ſatis conuitijs Abderitanos prouocaris, placare nequeas. Iã pridem equidem audiui, ob hũc illum tuum naſum, cœpiſſe odium tui mortales omneis, minimeq; adeo mirũ, & ni id feciſſent magis mirum foret. Nam vt alienis malis torqueri æterna miſeria eſt, ſic alienis delectari miſerijs, voluptas inhumana. Non tute cohibes? non te reſpicis? ohe iam ſatis eſt temere irritaſſe. Caue putes quicq̃ homines magis vnquam eſſe miraturos, quàm Democritũ phyſicum ſemper ſolitum ridere. Memineris etiam, nõ ſat eſſe officiũ te feciſſe tuũ, ſi non id fama approbet. Boni & mali nullũ prorſus apud te diſcrimen habetur. Id nunc res indicium hęc facit, quod nihil eorum quæ modo recenſui, vel bonum, vel malum cẽſeas debere iudicari. Sic

reprehendis vitia quaſi inuideas, ſicq; naſo ſuſpendis adunco,quaſi homines oderis non vitia. Verum oportet philoſophicam admonitionem procul abeſſe à ſupercilio. Id fiet, ſi in reprehendendo dicamus nos dolere verius ꝗ iraſci,ſi quædam mitigemus. Minus autem ſæuiet in reprehendendis alienis,qui ſecū reputarit,ſe ſi non ijſdem,certe paribus aut fortaſſe grauioribus vitijs obnoxium eſſe:aut ſi non eſt,hominem eſſe & fortaſſe grauiora cōmiſſurum,ſi ſimilis incideret tentatio & offerretur occaſio. Non ſatis eſt arguere ſtulticias, ſed doctrina præmittēda,quæ perſuadeat eſſe ridiculū quod reprehendit:ſimul oſtendēda ratio,ꝗ poſſint corrigi ſtulticię. Poſtremo reuocatis ab ineptijs commonſtrandum , quanto rectius atq; etiā iucūdius ſit per viā virtutis hominē nō prorſus ineptū ambulare vſq; adperfectionē. Expedite quidē pertexis (inquit ille) quod exorſus es,pulchreq; item ſcilicet iſta narras,& niſi ita fingeres,fortaſſe nō ſic narrares,quandoquidem noſtri cauſam riſus nondum ſatis teneas. Verum enimuero vbi eam didiceris,atq; perno

καὶ ἀςεῖα. δ' ἐ, ταῦτα μὲ
ἔφη ὦ λέγεις ὦ ἱππό
κρατες· ἀλλ' οὐκ οἶ-
σθα πω τοῦ ἡμετέρου
γέλωτος αἰτίην.
μαθὼν δ' εὖ οἶδ' ὅτι

pernoris, tria nõ cõmutabimus verba hodie inter nos. Præterea nihil quicq̃ addubitarim, quin tu tuæ legationis munere non inſtrenue functus, longe meliorem ſimul & acceptiorem hac iſta tua legatione, perceptam à nobis curationẽ, tuæ referes patriæ, nempe hunc meum riſum tibi perquiſitius inueſtigatum, & accuratius expenſum. Tum equidem, & teipſum, & alios quotquot erunt homines, cum modeſtiores tum prudentiores poteris reddere, & gratiã inibis ſine diſpendio. Hac ratione fiet, vt ſine inuidia laudem inuenias & amicos pares, & tibi & tuis profueris, operamq́; hãc tuam magni admodum precij eſſe deputabunt, ac minus multo turpiter, q̃ nũc errãt errabũt. Cõſido itidẽ futurũ, vt accepta à nobis inſaniæ cauſa, expectatior domum redeas. Pro hiſceq́; cõmoditatibus, tu fortaſſe aliquãdo tandẽ (qua es ciuilitate) rem medicã quoq; retrorſum me docebis. Docebis aũt vel hoc noĩe libẽtius, cũ iuxta mecũ cognoris, quale nã ſtudiũ (idq́; circa ea maxime, q̃ nullo alioqui digna ſunt ſtudio)

κρέσσονα τῆς πρεσβείης αὐτὴν φερόμενος ἀποίσεις θεραπείην τὴν ἐμὴν γέλωτα τῇ πατρίδι, καὶ ἑωυτέῳ, καὶ τοὺς ἄλλους δυνήσῃ σωφρονίζειν. αὐτὸς ἂν ἴσως κἀμὲ διδάξεις ἰατρικὴν ἀμοιβὴν δ' ἐμ.

γινὸς ὅση σπουδὴ περὶ τὰ ἀσπούδαστα φιλοπονουμένων, περιόσσειν τὰ μηδενὸς ἄξια πάντων ἀνθρώποι τὸν βίον ἀναλίσκουσι, γελώτων ἄξια διοικευμένων. ἐγὼ δέ φημι. λέγε πρὸς θεῶν, μήποτε γὰρ διαλανθάνει ἅπας ὁ κόσμος νοσέων, καὶ οὐκ ἔχει ὅκου διαπέμψῃ τῇ πρεσβείην πρὸς θεραπείην. τί γὰρ ἂν εἴη ἔξω αὐτέου; ὁ δ' ὑπολαβών, πολλαί γε φησίν ἀπειρίαι κόσμων εἰσίν ἱππόκρατες, ὦ μὴ

dio) impendunt, qualesq; labores, laborioſa graſſantes inertia, nequicquàm exantlāt vt ſatagentes rerum ſuarum, res tamen plane nihili, nulloq; prorſus dignas numero agentes, vitam omnem inutiliter inſumunt turpiterq; prodigunt, in negotijs omnino iocularibus ſemper immorātes, miniſtrantes atque verſantes. Ita ne tandē quæſo te per deos vniuerſus terrarū orbis tibi (vt abſit inuidia verbo) clanculū ægrotat, neq; habet vnde medicum ad ſui curā acceſsiat? Quid em̄ (niſi forte aliter viſum fuerit Democrito) extra hunc ipſum mundū eſſe poterit? Hic ille excipiens, multæ, inquit, Hippocrates mundorum infinitates, atq; adeo infiniti ſunt mundi, generationi & corruptioni obnoxij. Proinde neque vllo pacto de diuitijs naturę maligne ſentias,

neq;

neq; naturam plus ſatis alioqui locupletem tã quàm effœtam, mireq; parcã modis omnibus extenuans ſuggilles. Quod ſi iſthuc nondũ cernas, cum res ipſa tot & tãtis claris argumẽtis ſignisq; luceat, vehementer ſis cæcus oportet. Sed hæc alias (inquam) pluribus, atque tum commodius etiam fortaſſe iſta me ſua docebis oportunitate. Vereor autẽ ne qua fiat, ſi vitem (vt vitare iam cogor) prolixitatem, & haſce illas tuas mũdorum infinitates paucis obiter tranſeam, ſolens more tuo, rurſus mihi incipias ridere. Scias igiť velim tibi de tuo iſthoc riſu olim naturæ ipſi pariter & vitæ reddendam eſſe rationem. Qui nubila admodum fronte, toruoq; vultu me intuens, ſcio, inquit, ita eſſe, & iſthęc mihi res ſolicitudini eſt. Cæterũ nihil minus tamẽ ſentio, quàm quod tu ſuſpicare. Audi igitur quantum tu tua opinione fallare. Atq; illud mihi imprimis ridendum iure eſſe video, quod riſus mei duas dũ

taxat

δαιμονίως ἑταῖρε καὶ τῆς σμικρολογεῖ πλουσίην τὴν φύσιν ἐοῦσαν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἔστω Δημόκριτε, διδάξεις ἐν ἰδίῳ καιρῷ. εὐλαβοῦμαι γάρ μή πως σε τὴν ἀπειρίην διεξιὼν γελᾶν ἄρξῃ. ἴσθι δὲ νῦν περὶ τοῦ σοι μένου γέλωτος τῷ βίῳ λόγον δώσων. ὁ δὲ μάλα ξανὸν ἀπιδών με.

δύο φησὶ τοῦ ἐμοῦ γέλωτος αἰτίας δοκέεις, ἀγαθά καὶ φαῦλα. ἐγὼ δὲ ἕνα γελῶ τὸν ἄνθρωπον, ἀνοίης μὲν γέμοντα, κενεὸν δὲ πρηγμάτων ὀρθῶν, πάσαις ἐπιβουλαῖς νηπιάζοντα, καὶ μηδεμιῆς εἵνεκεν ὠφελείας ἀλγέοντα σὺν ἀνηνύτους μόχθους. πεί-

taxat cauſas arbitrare, bona videlicet ac mala. At ego vnū, atq; adeo vnum hominem rideo, nempe ignorationis inſcitiæq; pleniſſimum, vacuū vero ab omnibus honeſte recteq; actis: in ceptis ſuis omnibus, in diſpendijs omnibus, in iacturis item omnibus, quas vt plurimas ita et acerbiſſimas nolit velit, nō raro patiatur oportet, inſtar pueri agentem, imo media etiam ætate ſubinde omnino repueraſcentem, nulliusq; reſpectu commoditatis prorſus inutiles atq; ſuperuacaneos labores exantlantem. Cumq; ex his negotiorū exierit labyrinthis, mox alijs ſeſe moleſtijs immergit, obruitq;. Et cum id iam ſit ætatis, vt omnia q̄ ſua culpa acciderūt, deinceps accuratius merito proſpicere deberet, (poſteriores enim cogitationes (vt aiunt) ſapientiores ſolent eſſe) nimisq; quàm incurius ne ob maxima quidem damna accepta reſipiſcit, neque adhuc in poſterum ſibi tempeſtiue ſatis proſpicit atq; præcauet, vt non iniuria culpa illa,

bis & iterum ad eundem lapidem offendere, vulgari reprehēſa prouerbio ſit. Præterea cū illi expoſita ſint omnia ad negotiandum maria, contentus his tam opimis prædis non eſt. Cernas enim inſatiabili captū cupiditate, vltimos terrarū fines peruolitantem, necnō abditiſſimos telluris receſſus penetrantē, & vt (ita dicā) quaſi in ipſos abyſſi ſinus deſcendentem, & aurum & argentum multis ſudoribus (vt taceā de mille periculis) indidem erutum,

ρατα γῆς καὶ ἀορίστους μυχοὺς ἀμετρήτοισιν ἐπιθυμίῃσιν ὁδεύοντα. ἄργυρον τέμνοντα καὶ χρυσὸν, καὶ μὴ παυόμενον τῆς κτήσιος ταύτης, αἰεὶ δὲ ἀγρευόμενον περὶ τὸ πλέον, ὅκως αὐτὸς ἐλάσσ-

iterum atq; iterum liquātem, nunquàm tamē iam partis miſereq; corraſis opibus fruentē. Cupiditates enim ſunt inſatiabiles, quæ non modo ſingulos homines, ſed vniuerſas familias euertunt, totam etiam labefactant ſæpe remp. Ex cupiditatibus odia, diſſidia, diſcordiæ, ſeditiones, bella naſcūtur: in omnibusq; ſeculis pauciores viri reperti ſunt, qui ſuas cupiditates, q̄ qui hoſtium copias vincerent. Pertexe modo Democrite quod exorſus es. Democritus. Quid quæ poſtea præ tuendi ardore manent cum incommoda, vt ſuſtinet

dij im-

dĳ immortales, ſuſtinet autem? imo vero contemnit ac pro nihilo ducit. Nunq̃ non tumultuat̃ circa luculentas diuitias & hinc & illinc conuerrẽdas, nec id ſane minore temeritate, q̃ cupiditate. Næ ille enim haud ſcit, hoc paululum lucri, quantum ei damni apportet. Vt hiſce iã diuitĳs ſordide anxieq; congeſtis, momento ipſe ſibi minor efficiat̃. Quo em̃ quiſq; magis abũdat opibus, hoc eſt ſemper opum appetentior, hocq; magis abſtinet acquiſitis & inhiat acquirendis. Dĳ boni vt nihil quicquàm pudeſit, modo egregie beatus, egregieq; fortunatus & dicatur & habeatur. Quę enim reuerentia legũ? quis metus aut pudor eſt vnquàm properantis auari? cum interim manibus vinctorũ, ergaſtulariorum, operarumq; laboribus, ſpecus, metalla, & abſtruſiores terræ hiatus effodiat. Vbi em̃ anim⁹ ſemel ſe cupiditate deuinxit mala, neceſſe eſt cõſilia ſeq cõſimilia. Quorum operarum alĳ quidem lapidibus cooperti intereũt, alĳ vero quoties terra, vel magnis quibuſdam himbribus, vel alia ignota cauſa

ὅπως μὴ γένηται. καὶ οὐδὲ αἰσχύνεται μὴ λεγόμενος εὐδαίμων. ὅτι χάσματα τῆς γῆς ὀρύσσει διζόμενος χρυσὸν, ὧν οἱ μὲν ὑπὸ συμφορῆς ἐπὶ πτώσεως τῆς γῆς ἐφθάρησαν, οἱ δὲ

deſederit, multiſq; locis facta ſit labes ob incidentem in eos harenã in cauernis etiamnũ deſiderãtur. Alij multo iam tẽpore in latumijs, in fodinis, in metallis hanc tantam neceſſitatem perferentes, ac cuius neſcio punitiõis at-

πολυχρονίως ταύτην ἔχοντες τὴν ἀνάγκην, ὡς ἐν παγίδι τῇ κολάσει παραμένου-

que flagitij pœnas pendentes, tanquàm in aliquod piſtrinũ detruſi compactiq;, noctu neruis bubulis vincti cuſtodiuntur, interdiu vero rurſus in lapidicinas compediti conduntur, & ne quoquàm pedem efferant, diligẽter obſeruantur: atq; ita ibi nõ ſecus ac in patria degentes, noctes atque dies ad ſaxa coguntur adhæreſcere. Profecto ſi ſuam quiſq; conditionem ſeruitutemq; quamlibet alioqui clementem, miſeram ſeq; indignã exiſtimet, nemoq; ſit quin vbiuis quàm vbi eſt eſſe malit, quamuis non peſſime ſecum agatur etiam, quo tandem animo credamus eſſe hoc effoſſorũ vulgus, omnium maxime calamitoſiſſimũ, quorum diuturna deſperatiõe obduruit animus ad dolores? Quas porro ærumnas pluſq̃ Herculeas nolint velint cogũtur perpeti, imo cõcoquere atq; deuorare, vt beati illi diuites ſua ſcrinia vndique ſuffarcinata contemplentur? Quin & illud quoq; nõ dici poteſt, quàm me

commo-

commoueat, quàm concitet, quàm mea perpetuo quatiat ſubito ilia riſu: Ab intimis vſq;

σιμ. ἀργύνειον δὲ χρυσίον, ἴχνη κόνεως, καὶ ψήγματα ἐρευνώντων. ψάμμον δ' ἄλλην ἀλλαχόθεν ἐγειράντων, δὲ τῆς γῆς φλέβας ἐκτέμνοντες ἐς πολυουσίην αἰεὶ βωλοτροπεόντων ἐκ τῆς μητρὸς πόθεν μὲν γῆν δὲ τὴν αὐτὴν ἐοῦσαν, δὲ θαυμάζοντες πα-

terrę fibris permagna optimi pondera argenti & auri gnauiter inquirentes, & per puluerulēta veſtigia minutias omneis ramentaq́; colligētes, ac ſedulo pſegmata rimantes, è quibus aurum conflatur excoquiturq́;, harenā aliam aliunde coaceruant atq; accumulant, penitiſſimas terræ fibras interſecāt, vt magno & auri & argenti numero, nō ſine magno negotio demum coacto, nec ſine mille item periculis in apertum prolato opulentiores reddantur, & cito quoque reddantur. Quas neſcio maſſulas è terra matre omnipara fortiter reuulſas erutasq́;, alias ſuper alias prope quotidie ſemper concinnantes, denſantes atq; aſtringentes, in bene lautam ſupellectilem conuaſant, in opulentiamq́; abſtrudūt. Quidnam tibi primum Hippocrates ait, quid poſtremū (vt dici ſolet) cōmemorem ex his quæ & pati & facere cogū-

tur ij, quorum cupiditatibus nihil eſt ſatis, verum quo magis impleantur opibus, hoc magis inanes eſſe videātur. An ſit quiſquàm qui poſſit non ſolum oratione fingere, verum etiam factis ipſis docere finem diuitiarum iuxtà naturam haud longius proferri quàm ne eſuriamus, ne ſitiamus, ne algeamus? An non & illud monſtri ſimillimū eſt, quod vnam eandē q́; nimirum exiſtentem terram, nunc admirantur, ac tātum non ado-

τοῦσιν. ὅσος γέλως τῶν μόχθου, καὶ κρυφίης γῆς ἐρῶσι, τὴν φανε-

rant (mira enim nimirū auri natura, vt id vel eminus conſpectum, mox magnete illicibilius, ita ad ſe mortaliū adtrahit animos, itaq́; eius deſiderio ſubito exardeſcunt omnes, vt perſæpe ob id propriæ ſalutis obliuiſcantur) nunc eandem quoq; terram vt omnium deſpicatiſſimam pedibus prouoluunt, conculcāt atq; peſſundant. Neq; enim vnquàm expletur nec ſatiàtur cupiditatis ſitis, neq; ea ſolū quæ habent libidine augendi cruciantur, ſed etiā amittēdi metu. Nec indigni, qui in hūc ordinem adlegantur, qui ſic ambiunt quippiā, vt ſi potiātur optatis mediocre ſit emolumētum, ſin fallat ſpes, damnum ingens. Id quod frequenter vſui venit ijs qui ſcrutantur abditas terræ venas, qui vulgo dicuntur Alcumiſtæ, qui

ſtæ,qui frequenter certis conſumptis,incertorum gratia quę ſe capturos ſperabant non cæperũt,quæ vero habebant abiecerũt. Alíj falſa ſpe ducti inanẽ ſumũt operam,quod genus ſunt íj, qui arte quam vocãt Alcumicam freti,ſibi promittunt futurum,vt è ſtanno fiat argentum,ex ære aurum. Porro autem illud quanto riſu exibilandũ eſt?(quę eſt enim ſtultior in hominum genere conditio,quàm eorũ qui ſe natos ad opes accumulandas arbitrantur).Nullum eſt officium tam ſanctum,quod non auaritia comminuere atq; violare ſoleat. An non pecunia omniũ dignitatẽ exæquat? Gloriam,honorem,imperium,bonus & ignauus æque ſibi exoptant:Sed ille vera via nititur,huic quia bonæ artes deſunt,dolis atque fallacíjs contendit.Alíj non parũ multa agrorum latifundia,finitimamq; regionem omnẽ circumſcribentis ſibi mercantur, ſibi accenſent,ſibi cum puluiſculo(quod aiunt) conuerrunt omnia. De terminis, indiuiduiq; liminibus agri diſceptãtes, meſſoriãq; lineam (qua fines vtriuſq; diſcriminent atque diſcernant) manibus tenentes,tandem de minimo termino maxime rixantur. Alíjs hoc iuge ſtudium eſt,vt magnos agri modos relinquãt. Nec tũ quamlibet immenſis agris ſpem ſuarum poſſeſſionum terminant,Vt enim membrum ſca

bioſum ſemper opus habet frictione: ita cupiditas animi nũquàm ſatiatur. Alij horrea ſua dilatant, ſibiq́; ſuauem ac mollẽ vitam in multos annos pollicentur, cum eadẽ nocte mors immineat, miſeris ſemel ereptura quicquid illi tot annorũ ſudore congeſſerint. Sunt etiã diuites auari qui nec fruũtur ipſi ſuis opibus, & alijs inuidẽt illarum vſum. Alij autẽ cum ſe non ſatis alant, tamen quæ eſt hominũ inſulſitas, hiſce terræ fruſtulentis minutijs ac pſegmatis canes emptos alũt, altosq́; in ſummis habent delitijs. Alij equos percare redemptos, maximis paſcunt impẽdijs, nec ſumptus vllos ſibi ſumptui eſſe ducunt, modo eos coloratiores iuxta ac habitiores videant. Plerięq; omnes etiam volentes permultis dominari, ne ipſi ſibi quidem ſatis recte vnq̃ aut proſpiciunt aut conſulunt, tantum abeſt vt alijs quoq; bene poſſint imperare. Quorſum tibi referam ſponſos frondibus & ſertis coronari ſolitos, & delicatius nitidiuſq́; coli nuptijs inhiantes, quibus nihil cordi eſt præter conuiuia, cytharã, choreã, talos, diſcum,

ρὴν ὑβρίζοντες. κύνας ὠνεῦνται, οἱ δ᾽ ἵππους, οἱ δὲ χώρην πολλὴν περιορίζοντες, ἰδίην αὐτὴν γράφουσιν. οἱ πολλῶν ἐθέλοντες δεσπόζειν, οὐδὲ αὑτέων δύνανται. γαμεῦν

ſcũ,paraſitos, atq; id genus alias voluptates?

σπεύδουσιν, ἃς μετ᾽ ὀλίγον ἐκβάλλουσιν. ἐρῶσιν,εἶτα μισοῦσι.

Dici etiam non poteſt, imo ne cogitari quidẽ, q̃ impotẽti animo, ducendarũ deſiderio vxorum flagrãt, quàm intẽpeſtiue ſępenumero eas ducũt, quàm deniq; ſtulta temeritate, & temeraria ſtultitia Stulta maritali porrectant ora capiſtro. Nec enim viri hoc ſpectãt, vt mariti ſint quàm optimarum mulierum, neq; hæ vt q̃ optimis viris iũctæ ſint. Si enim modo vita ſuauior eſſe commodiorq́; videatur, nemo hercle nemo eſt qui cogitet, ne conducibilior, tutior atq; diuturnior non ſit. Quemadmodum ſi quis in itinere malit ducem cęcum ſequi quàm videntem & viæ gnarũ. Perinde faciunt mulieres quę malunt dominari demẽtibus maritis, q̃ ſanis ac prudẽtibus parere. Mulieres omnium fere calamitatum autores eſſe viris in cõfeſſo eſt. Teſtis bellum Troianum, teſtis Hercules à Deianira extinctus, teſtis Lemniarum mulierũ hiſtoria, teſtis Cleopatra. Quanquàm hęc magis conueniat ſtultitiæ virorum aſcribere, qui tãtum indulgeant mulierculis, vt velut amẽtes amore in quoduis malum ſequãtur, cum par fuerit, vt illis moderãtibus mulier natura ſtultior ſimul & imbecillior, minus deſiperet.

Quod enim animus eſt corpori, id virũ opor tebat eſſe mulieri. Verum quemadmodũ vulgus ſua vitia corpori imputat, cum ab animo proficiſcatur, & ſtulti principes inſaniſſimos bellorum tumultus imputant popu[...], quorum ipſi ſunt autores, ita viri reijciunt in fœminas, ſi quid ipſi delirauerint. Nõne prorſus inhumanũ auelli repẽte ab ea poſſe vxorcula qua cum conſueris, qua cum tibi vel arctiſſima intercesſit neceſſitudo. Quas tñ vxores probe dotatas, ſummo genere prognatas, lepidiſſimas, paucis diebus quàm domũ deduxerint. Vbi adeo iam illis nuntium remiſerint, ſumma cum ignominia traductas atq; repudiatas, immerito ſuo turpiter eliminant domoq; exturbant, & quas alere curareq; deberent, neglectas eſſe patiũtur. Adeo nulla eſt voluptas, quæ non aſſiduitate ſui faſtidiũ pariat. Principio quidem ſi quas amant, amant impenſiſſime, deinde paulo poſt ſuauiſſimam illam cum vxorculis coniunctionẽ, faſtidiũt eas ſummoq; proſequuntur odio. Vt vaſa initio quauis occaſione diſſoluuntur, at tempore commiſſuris cõpactis vix igni ferroq; diſſecantur. Ita prima coniugatorum conſuetudo leui momento dirumpitur, ſin coaluerit, longe firmior eſt. Rurſus alias in domum perducunt, q̃ moribus ac ſtudijs ſunt inter ſe diſcrepantiores

pantiores,quàm vulpes ſit aliquãdo inter eos neceſſitudinem coituram. Vt enim perſæpe male poſuerunt initia, ſic & cætera ſequuta ſunt. Iam vero illud nõne æque ridiculũ est? magno tenentur deſiderio vt liberos procreent, & cito procreent. Poſtea vero ſicubi eos ſatietas matrimonij cœperit,aut proles amplius in oculis ferre deſierunt,laborioſius quidem eductas,vt mancipia foras inuitas extrudunt ab ſe,domo exigunt,& ſemel abdicant. Filios excorres vrbe, domo prohibitos alios in perpetuum,alios in tempus relegant. Excluduntq; eos ſolos quibus prope dicam ſolis ſupellectilem omnem relictã eſſe oportebat. Ita nulla res eſt quamuis honeſta,in qua acquieſcũt. At iam occupatũ coniuge,alius tumultus curarũ excipit,in orbitate proliũ deſiderium,vxoris cuſtodia, domus procuratio,miniſtrorum præfecturę, in contractibus damna,cum vicinis digladiationes,in foro concertationes,negotiationis pericula,agriculturæ labores,vnaquæq; dies propriam venit ferẽs animi caliginem. Ei noctes diurnas curas excipientes in eiſdẽ phantaſijs fallunt mẽtem. Quid multis? ea eſt perturbatio

μετ' ἐπιθυμίης γεννῶσιν, εἶτ' ἐκβάλλουσι τελέους, τίς ἡ κενὴ σπουδὴ καὶ ἀλόγιστος, μηδὲν μανίης διαφέ-

turbatio rerum omnium, vt ſuæ quenq; fortunæ maxime pœniteat, & ſuam quiſq; conditionem miſerã putet, & vbi quiſq; ſit ibi eſſe minime velit. Ecquod nam inane ſtudiũ hoc ab rationeq; prorſus alienum? an tibi vlla ex parte videatur ab inſania diſſidere? Vt pueri inter ſeſe pro leuibus noxis iras gerũt, quia eñ qui eos gubernat animus infirmum gerunt, itidem nunc ſunt fermè vt pueri leui ſententia, non raro vnum aliquod verbum per oſcitantiam effutitum inter ipſos iram cõciet maximã. Odio inter ſe graui, & ſimultate diutina ad internecionem vſq; confliĉtantur. Vt feræ mutuo laniatu viuunt, ita quiſquis potẽtior malo inferioris diteſcit ac creſcit. Inteſtino laborant bello vel ſanguine coniunctiſſimi, minimeq; diligunt tranquillitatem. Nec enim arbitror illos quicquàm peius odiſſe, q̃ publicam concordiam. Vt mulieres laborantes citta, aut ſtomacho nauſeantes, malos q̃ſdam cibos ingerunt, ac paulo poſt reuomũt: ſic populus per ſtultitiam aut inopiam meliorum, quoſuis etiam creat magiſtratus ac eoſdẽ paulo poſt abijcit: vt nullius res tuta, nullius domus clauſa, nullius vita ſepta, nullius pudicitia

ργου. πολεμοῦσιν ἐμ φυλον, ἠρεμίην οὐχ αἱρετίζοντες. αὐτ ἐνε δρεύουσι βασιλέας.

pudicitia munita, cōtra iſtorum cupiditatem & audaciam eſſe poteſt. Et quam putas ciuitatem pacatam eſſe, quæ locuples ſit, & quam eſſe locupletem quæ ab harpyis iſtis, vulturijs iſtis, deniq; lupis iſtis diu patiatur eſſe pacata? Sed hoc ſolum nobis relinquitur, ab improborum audacia telisq; vitam vt impune liceat defendere. Quid eſt aliud horū tyrannorum & latronum, niſi vt commemorare poſſint, ijs ſe vitā dediſſe quibus non ademerint: Quemadmodum à feris exorſi, didicerunt & homines iugulare: ſic aſſueti inimicis malefacere, (quod iuſtū exiſtimatur) didicere paulatim erga quoſuis eadem facere. Adeo nihil eſt tam ſceleroſum, nihil tam atrox, quod nō probetur, ſi id commendet aſſuetudo. Vt qui in ludo verſantur gladiatorio, cum ijſdem viuunt ac pugnant: ita vulgus hominum inter ſe dimicat, & alius alium ſpoliat vel amiciſſimum. Atq; adeo ne feræ quidem hoc pacto inter ſe dimicant, quo mortales. Neq; enim tigridi cum tigride bellum eſt, neq; leoni cum leone: at homo non in aliud animal æque ſæuit atq; in hominem. Tum feræ non certant, niſi aut tuendi fœtus cauſa, aut fame in rabiem actę. Hominem inanis ambitio, ac tituli neſcio qui leues & affectati, ad tam ſanguinolenta bella concitant. Cui voluptas eſt diſſenſionē

conci-

concitare, is captat vbiq; rixandi occaſionē. Vt in magna ſtrage alius aliū trahit in ruinā: ita in publico errore alius alium ſecum trahit ad perniciem. Quo perniciosius de rep. merē tur vitioſi principes, quod non ſolum vitia concipiunt ipſi, ſed ea infundunt in ciuitatē: Neq; ſolum obſunt, q̃ illi ipſi corrumpuntur, ſed etiam quod corrumpunt, plusq́; exemplo q̃ peccato nocent. Quid hic tandem habes, in quit, quod ad hæc reſpondeas? Nihil inquam Democrite, quin tu pergis? Democritus. Cum bellum res ſit omnium calamitoſiſſima, tamē ad huius rumorem vulgo pleriq; mortales hi lareſcunt, nimirum ſceleratiſſimum illud Carū genus qui malis humani generis aluntur. Quo eſt deteſtabilior iſtorum immanitas, qui lacerant omni ſcelere patriam, & in ea fundi tus delenda occupati & ſunt & fuerunt. Quo nam riſu exibilabo Satrapas iſtos, q̃ tametſi belligerari videtur magnoq́; rerum tumultu conflictari, tamē ipſi clancularij inter ſe colludunt, hoc tantum agentes, vt ſuam vterq; plebeculam exhauriant, & imminuta reipublicæ autoritate ſuam conſtabiliant tyrannidē. Prætereo malos principes, qui rebus pacatis minus valēt in rep. atq; ob id identidem data opera, rerum motus excitant arte tyrannica, quo commodius ſuo arbitratu populū compilent.

pilent. Principes enim expilatores plebis, nulla non ex re vectigal exprimunt, vel ex lotio. Quemadmodū cum aqua ſtat immota, nihil capiūt qui captāt anguillas, cū vero ſurſum ac deorſum miſcēt ac perturbāt aquā, ita demū capiūt: Sicquidā quibus tranquillo reip. ſtatu nihil eſt emolumenti, ſeditiones gaudēt exoriri, quo ciuitatis publicū malum in ſuū priuatum vertant commodum, quo'ue licentius mulctent miſeram plebeculam, & innocentiſſimorum ciuium fame, ſuam expleant ingluuiem. Principes & principū optimates, & ſi auaritia ſint inexplebiles, libidine corruptiſſimi, crudelitate pernicioſiſſimi, tyrannide immanes, veriſſimi reipub. hoſtes ac prædones, in publicam perniciem non ſolum armis & opibus inſtructi, verum etiam nouis artibus, quas nec Dionyſius vnquàm nec Phalaris reperit, tamen ſic adhęrent, ſic imminent, ſic affixi ſunt populo, vt nec ferri poſſint nec auelli. Vſq; adeo nullus eſt ſenatus, nullus magiſtratus, nulla reip. pars, in quam actis radicibus illi nō penetrarint, ceu peſtis per omneis corporis venas ſparſa. Qui ſemper aliquam inueniunt rimam per quam elabantur, vt officium ſubterfugiant: ſi quando fides ſit pręſtāda, aliquo prætextu ſuffugiunt. Quod ſi contempleris illos qui procul inſequuntur fortu

nam cur-

nam currentem, nec tamen aſſequuntur, nimi rum prorſus irriſeris eum chorum. Sunt em̄ hic oratores permulti, meretrices & ſcorta, & amicorū proditores: ſunt & homicidæ, & monumentorum perfoſſores ac rapaces cōplures, qui ne dijs quidem pepercerint, ſed hos ſacrilegio compilarint. Verum de his plus ſatis. Porro negotiatorum genus nihil habet ſacrum, præter vnum pecuniæ lucrum, cui ſe totos ceu deo conſecrarunt. Hoc pietatē, hoc amicitiam, hoc honeſtum, hoc famam, hoc diuina pariter & humana omnia metiuntur. Reliqua nugæ. Alij ex audacia inuerecūdiaq; ſua lucrum atq; emolumentum ferunt, nam inutilem aiunt eſſe verecundiam viro egenti, cōpluresq; mortales videas, quibus magno bono fuerit, nihil omnino puduiſſe. Siquidē nullus vnq̄ rem auſus eſt adeo ſtultā aut abſurdam, quę non inuenerit & fautorem & admiratorem, multoq; maxima pars mortaliū, quæ ſtultiſſima ſunt ea miratur maxime. Et videre eſt nōnullos inutili pudore præditos, qui corporis incōmoda celare malunt, quàm amicorum ope tolli. Sed eorū multo maxima turba eſt, qui animi morbos & egeſtatem inutili pudore diſſimulāt. Atqui his ferē accidit, vt poſt malo in apertum erumpente tum miſerius, tum fruſtra erubeſcāt. Perpaucos admodum

modum reperies amicos,niſi quos mutua cõciliat vtilitas:& perinde vt in forenſibus cõmercijs non dant beneficium, ſed vendunt: quę mihi ſemper amicitia omnino ſordida & cauponaria compenſatio de manu in manũ viſa eſt. Quidam non niſi compendij ſui gratia colunt amicos,& pro quãuis exiguo officio multum beneficiorum expectant. Quidã pro ſummo beneficio ſummum remetiuntur maleficiũ. Sunt alij prorſus ingrati, qui ſimul atq; leuati ſunt malis,deſinunt meminiſſe beneficiorũ eius,cuius opera reſtituti ſunt. Nũc enim ita eſt ingenium vulgi, vt fragilis ſit beneficiorum memoria,iniuriarum tenax. Quidam ſe diuitibus ad quoduis obſequium ſubmittunt, etiamſi ſordidiſſimum ſit. Adulator Polypi more omnium ſtudijs ſe accõmodat, adeo vt qui paulo ante amicum philoſophię deditum,prolixam barbam ac pallium geſtarit,aſſidue verſans in libris,nihilq; crepãs niſi numeros rectangulos & triangulos Platonis, ſi forte fortuna in amicum inciderit voluptatibus addictum,continuo mutata figura velut à Circe tranformatus Sardanapalus efficitur. Fruſto enim panis conduci poteſt,vel vt taceat,vel vt loquatur. Videas & quoſdã ad gratificandum quibuſuis propẽſiſſimos, temereq; cuilibet inſeruientes,ſordidam nihilo

minus viciſſim accipere compenſationem, quos nihil pudet beneficia perdere, quæſtuſque gratia Gratias virgines proſtituere. Plerique omnes præter meritum ad fœlicitatem atque opes euecti, priſtinæ conditionis non meminerunt, ſed præſenti rerum ſucceſſu inſolentius abutūtur: qui cum aliis tum fere mos eſt iis qui ad nouas diuitias ex infima fortunæ conditione prouehuntur: non animaduertunt rerum humanarum celerem eſſe cōmutationem, neque in nobis ſitum vt res perpetuo ſecundæ ſint, verum vtcunque fortunæ lubitum fuerit, ita vel ſecūdis rebus attollimur vel aduerſis affligimur. Porro ſtultitiæ comes eſt infœlicitas, aut certe ſi quod incidit infortunium, id ſtultitiæ ſolet imputari. Itaque hi faciunt vt vere dictum videatur: Sui cuique mores fingunt fortunam. Tollit animos opulentia, quod ſi ad inſcitiam accedat poteſtas, iā res ad inſaniā vſque procedit. Plerique omnes propter opulentiā generoſi & haberi & dici volunt, alioqui obſcuri & humiles: pariunt enim nobilitatem, & opes non antiquæ ſolum, verum etiam vndecunque, & quomodocunque partæ. Solet autem hoc genus ferocius inſoleſcere, quàm qui maiorū imaginibus clari ſunt. Sunt alii quibus honos aliquis præter meritum additus à fortuna, tumorem & inſolen-

ſolentiam (ita vt fere fit) conciliat. Felicitas enim & rerum ſucceſſus qui contigerit immerenti, ſtultis veſaniæ cauſam præbere ſolet. Sunt etiam quidam inepte ambitioſi, qui cum re ſint perquàm tenui, tamen affectant videri locupletes. Alij nõ veritate, ſed fucis ac malis artibus properant ad honorem: quidam maiorum fumoſis imaginibus & natalium antiquitate gloriantur. Quandoquidem moris erat apud priſcos, maxime Aegyptios defunctorum cadauera ne putreſcerent vnguētis perungere: idem mos & his temporibus apud principes, ſicut alia pleraque gentilium magno ſtultitiæ argumento durat. Et mortui declarant impenſis exequiarum, quàm deridiculæ ſint res hominum, ne digitorum quidem crepitu dignę. An nõ diuites iſti atq; prępotentes, quum nonnunq̃ ſtultiſſime loquantur, tamen freti opibus ac potentia pro oraculo volunt haberi quicquid dixerint? Videre etiam licet pleroſque non tam natura liberales, quàm quadam gloria inductos, vt benefici videantur, facere multa: quæ videntur magis proficiſci ab oſtentatione quàm à voluntate. Et qui alijs nocent, vt in alios liberales ſint, in eadem iniuſtitia, vt ſi in ſuam rem alienam conuertant. Illud ſtultius eſt quàm vt rideri debeat ambitioſas iſtas fuco-

ſaſq; amicitias in ſplendore duntaxat foren-ſi conſtitutas, fructum domeſticum nõ habe-re. Notos tibi opinor mores amicorũ vulga-rium, qui hirũdinum ritu, pro ratione tempo-rum aduolant ac deuolant: aduolant vbi res ſecundæ, deuolant ingruente rerum tempe-ſtate: diuitiæ enim conciliant amicos, pauper tas nec habet amicos quos natura coniunxit. Tantum valet vita, cuius momentum opor-tuit eſſe leuiſſimum, ſi res non ex noſtris cupi ditatibus, ſed ex vſu metiremur. Eſt in quo il-li mihi ſtomachum magis quàm riſum moue re ſolent. Hippocrates: Omitte inquam illa ve tera. Democritus: Diuitum vulgus haud ali-ter miniſtris vtitˀ quàm equis & canibus, aut paulo etiam inhumanius: dum vſui ſunt alli-ciunt, vbi ſenuerint, reijciũt. Seruis in piſtrino laborantibus machinam rotundam circa cer-uicem addunt, ne manũ ori liceat admouere, id factum ne deuorarent farinã: quod bubus non faciebant Iudæi, hoc illi nõ verentur ho minibus facere. Maiores quidem noſtri nullã ne priuatam quidem rem agere fœminas ſi-ne autore, voluerunt in manu eſſe parentum, fratrum, viroꝝ. Nos (ſi dijs placet) iam remp. etiam capeſſere eas patimur, & foro prope, & concionibus & comitijs immiſceri. Haud paucos videas mortales, qui cum ipſi ob men

tis ino-

tis inopiam nequeant diſpicere, quid facto ſit opus, dictu mirũ q̃ ſint præfracti, quamq́; nõ admittant aliorum conſilium. Non intelligũt in hiſce rebus, in quibus ſi ſemel erratum fuerit, non eſt quod in poſterum ſarcias. Cautim ac circunſpecte agendũ puta de bello, de matrimonijs, deq́; id genus alijs, quę ſi temere fuerint inſtituta, non eſt quo priores cogitationes poſterioribus (vt aiunt) melioribus emendes. Nec intelligunt haud temere mutandam conditionem, ne in melius quidem: verum vnicuiq́; tuendum id vitæ genus, ad quod vel inſtitutus à natura videtur, vel in quod caſu incidit. Eſt & hominũ genus moroſum & iniucundis moribus, cum quibus nulla ratione poſſis agere, citra litem: nonnulli rixarum autores, quocũq́; ſe vertunt, iurgia ſuſcitãt, deos incuſant quod negligant res mortalium, ſinẽtes eas veluti prono flumine quolibet ferri. Quidam ijs ſunt moribus, vt aſſidue ſimultatem cum aliquibus ſuſcipiant, easq́; pertinaciſſime exerceant. Sunt qui de ciuitate malũt quàm de ſua ſententia dimoueri, quidã nimis magnum ſtudium multamq́; operam ad res obſcuras atq́; difficiles conferũt, eaſdemq́; nõ neceſſarias. Omnium autem ineptiarum quæ ſunt innumerabiles, haud ſcio an vlla ſit maior quàm illorum qui ſolent quocunque in loco,

quoſq; inter homines viſum eſt, de rebus aut difficillimis aut nõ neceſſarijs argutiſſime diſputare. Quidam ſibi mutuo aſſentantur & colludunt in diſputatione, veluti quum Peripateticus reſpõdet peripatetice, Stoicus ſtoice, Academicus iuxta decreta Academicorũ, vt non quæratur veritas, ſed theatrica quædam fabula peragi videatur. Nõ parum multi ſibi alienæ induſtriæ laudem & magnã gloriam alieno labore partã, verbis in ſe tranſmouent. Alij auidi gloriæ aliena pro ſuis ædunt, cum ipſi de ſuo nihil poſſint egregium ædere, nonne hæc vel maxima nugamenta? Hippocrates. Sane videtur & quidem merito, nõ iuxta deliramenta quæ vocant anicularum, ſed vltra maximas nugas. Democrit. Si quos modo recenſui iure ridiculi ſunt, quid eſt quo minus habeantur & iſti qui peruerſo nati ingenio cum ipſi non ſapiunt, nolunt tamen bene conſulentiũ monitis obtemperare? Hi ſunt etiam vltro, quo tendunt impellendi, vt vel malo docti, tandem agnoſcant ſtultitiam ſuã. Sunt qui ſomniorum interpretes conſulũt, à quibus nõnulli hoc quoq; requirunt, vt quid ſomniarint conijciant, quaſi parum ſit ſi interpretentur. Ad eum modum ægroti quidã impudenter à vobis medicis expectant, vt viſo duntaxat lotio diuinetis & ſexum, & ætatẽ,

& omnem morbi naturam, vbi & vnde accl derit, quid ſentiant, ac propemodum quid in ſebri ſomniarint. Qui mali ſui cauſam imputant nō ipſi autori, ſed alteri cuipiā: quemadmodum qui iracundiæ vitium iuuentæ non ſtultitiæ attribuūt vnde proficiſcitur: hos arbitror perinde facere, vt ſolent canes ſæuientes in lapidem, eo qui iecit omiſſo. Nonnulli ſibi perpetuam malorum impunitatē pollicētes aſpernantur ſalubrē admonitionem. Iam hoc quoq; prope iniquiſſime comparatū eſt, quod in morbis corporis vt quiſq; eſt difficilimus: ita medicus nobiliſſimus atq; optimus quæritur. In periculis capitis vt quæq; cauſa difficillima eſt: ita deterrimus obſcuriſſimusq; patronus adhibetur. Quid hic attinet perditiſſimos inceſſere aduocatos, apud quos lis in longum profertur extrahiturq;, nec vnquam explicatur, quibus mos eſt, vt ſubinde nouā reperiant cauſam producendæ litis, quo plus nummorꝝ extorqueant à litigatoribus. Noſti legatos iſtos δημυβόρους q̄ purpurati omnia cōuertūt in fiſcū ſuū, & quocunq; ſe conferunt abradunt aliquid. Nec verentur vnūquemlibet innocētem iudicio capitis arceſſere. Qui ob immodicā & prępropera auiditatem quo puſillū lucelli faciant ſibi, damnū ingens aliis inferūt. Tutores rem nacti pupillorū manus

 inij-

inijciunt, interq; ſe partiri ſibi vindicant, ſed hęc priuatim. Nunc quid publice: In creandis magiſtratibus vendũt ſua ſuffragia, eoq; quæſtus gratia ſedulo verſantur in comitijs. Olim à populo conuitio notati ſunt, qui magiſtratulum ambienti fauebant accepta pecunia: Nunc palam donantur ingentia præmia qui ſuffragantur in creandis reipub. proceribus & orbis monarchis. Quin & ipſi principes quidem ſimpliciter vendunt magiſtratus, & mirantur collabi ciuitatum diſciplinam: alij intantum ſtupent ac demẽtes ſunt, vt plerũq; bonis viris præteritis quorum oportebat haberi rationem, locupletent indignos, ac ne id quidem conſtanter, ſed tantiſper donec rurſus pari qua dederunt temeritate eripiant donata. Videre licet alios tanta leuitate & iactatione, his vt fuerit non didiciſſe melius, alios pecuniæ cupidos, gloriæ nonnullos, multos libidinum ſeruos: vt cum eorum vita mirabiliter pugnet oratio. Prętereo mundanis addictos voluptatibus, qui dum his veluti temulenti fruuntur, egregie felices ſibi videntur. Verum ſimul atq; reſipuerunt, iam velut experrecti intelligunt omnia illa nihil fuiſſe, niſi mentis non admodum ſanæ ſomnium. Qui prudens intemperantię vitio noxia ſequitur, haud quaquàm ignorans quid ſit optimum,

is lon-

is lõge inſanabilior eſt eo, qui falſus opiniõe non expetēda expetit. Qui voluptatibus ſtudent magis quàm famæ, vnum hoc curant, vt cutis ſumma niteat, eaq́; gratia lautioribus epulis, balneis, ſom̃no, conuiuijs, alijsq́; id genus delicijs ſemper vtūtur. Si miſeri ſunt qui duros nacti ſunt dominos, quãto infeliciores qui dominis ſeruiunt vitijs, à quibus nõ poſſunt aufugere? Qui cupiditati, ambitiõi, reliquisq́; id genus affectib⁹ addicti ſunt, ijs illud euenit, vt quo intẽperantius explẽt ſeſe, hoc magis magisq́; ſitiãt eſuriãtq́;. Auaritia vero ſenilis quid ſibi velit, nõ intelligo: poteſt enim quicq̃ eſſe abſurdius, quàm quo minus viæ reſtat, eo plus viatici quęrere? Profecto inquã nihil prorſus. Dij meliora q̃ vt iſta cogitarint ſilicernia iſta, homines intractabiles, aſpero ingenio, & ſibijpſi inæquales parumq́; ſecum conſtantes: modo loquaciores quàm par ſit, modo impendio taciturni, interdum pueriliter inepti, interdum Catone ſeueriores, nonnunquàm profuſi, nonnunquàm ſordidi. Democritus: Inter innumera deridicula quę paſſim deſignantur à mortalibus, mihi non videtur illud ſilentio prætereũdum, quod pleriq́; non habita ratione morborum eadem remedia admouẽt omnibus: hoc eſt iuxta prouerbium, eodem calceamento calceãt omnes, cũ

 diuerſa

diuerſa mala diuerſam curationē deſideret. Sunt alij qui cum ſint inepti ridiculiq́;,tum apud ægrotos ipſa nouitate habentur in precio anilibus fabulamentis, atq; portentoſis ſimul & prodigioſis mendacijs commemorādis. Neſcio ſi vel Craſſus ipſe quem ſemel tantum riſiſſe commemorant continere ſe poſſit à riſu quoties harum recordaretur affaniarum. Alij ſunt rabioſæ loquacitatis petulantiſſimæq; maledicentiæ. Homines auidi lucri, ſæpenumero dicunt non quæ vera ſunt, ſed quæ vtilia. Quidam ridicule inſani quorum ſtudio tenentur, omnibus ad inſaniam fauent. Alij alios quærunt quibus centones farciant,id eſt, quos glorioſis mendacijs & conſarcinatis fabulamentis expleant. An non fit perſæpe dum vecors prędicat claritatem generis, declaret ſuum ipſius vitium minus eſſe venia dignum? Cauſatores ac tergiuerſatores nulla in cauſa tot fidei vinculis aſtringi poſſunt, quin aliquid inueniant quo elabātur. Quidam ſemper aliquam inueniunt rimam per quam elabuntur vt officium ſubterfugiant:ſi quando fides ſit præſtanda aliquo prætextu ſuffugiunt. Et ſicut temeritas non ſolum ſtulta, verum etiam infelix plerumque eſt,ita verſutia nonnunquàm ad ſummum diſcrimen adducit. Hęredes veros de poſſeſſione de-

ne deijciunt,et quaſi in ſuam poſſeſſionem ve nerint, profligant inquilinos nulliusq; miſerti vndecunq; poſſunt auellũt,vel ab ipſis mortuorum ſtatuis.Bonis viris calumnias ſtruũt, atq; hoc tam fœdo quæſtu parant rem. An eorum ſeruitus dubia eſt, qui cupiditate peculij nullam conditionem recuſant durißimæ ſeruitutis? Hæreditatis ſpes, quid iniquitatis in ſeruiendo nõ ſuſcipit? Quem nutum locupletis orbi ſenis non obſeruat? loquit̃ ad voluntatem,quicquid denunciatũ ſit,facit, aſſentatur,aſſidet,miratur. Sũt qui ſimulatiõe & inani oſtẽtatione,& ficto nõ modo ſermone, ſed etiã vultu, ſtabilem ſe gloriam cõſequi poſſe rentur.Trãſeo philoſophos qui ſub prętextu philoſophiæ,libidini ſuæ ſeruiũt, ſordidantur aũt puluere frigidaq; lauãt,attollunt ſupercilia,ac philoſophari ſeſe prædicãt,& foris ſobrij ſunt, deinde clanculum Veneri indulgẽt. Sub philoſophiæ nomine maxima in pleriſq; vitia latuerũt, nõ em̃ virtute ac ſtudijs vt haberent philoſophi laborabãt,ſed vultũ & triſtitiã,& diſſentientẽ à cęteris habitũ peſſimis moribus prætendebãt.Sũt qui barba pallioq; philoſophos ſe profitẽtur,quũ cætera cultui non reſpondeãt.Neq; enim alere barbam aut geſtare vile pallium philoſophũ facit.Adhęc cũ nondũ ipſi ſe ſatis probe cognoſcãt,nõne

ridiculum

ridiculum ſit, & ea quæ ſubter humum ſunt, & ea quæ ſupra cœlos ſunt contemplari. An vllum hominum genus poſſit eſſe inſanius, quam qui ſub pietatis prætextu ſunt impij in religionem, titulo cultuq; profitentes viuunt irreligioſe. Quidã magnates effœminati naturaq; alioqui nobiliſſimi prolixa barba geſtamine non admodum appoſito, adhæc vultus veſti umq; ſeueritate, vitæ continentiam præferũt. Alij ſimulata manſuetudine perueniunt ad tyrannidem. An non hoſce ceu tragicas ſimias merito inceſſemus, qui fungũtur honoribus, opibusq; pollent alioqui indigni, quiq; cũ ſint nequiſſimi, ſplendidis verbis probos ciues agunt, vultu habituq; ſanctimoniam præ ſe ferẽtes alioqui improbiſſimi. Qui in initio quędam recte faciunt, deinde quãuis leui de cauſa benefacta malefactis ſubuertunt. Quidam ſpe magnarum rerum allecti in principũ aulas ſe conijciunt, & adeo deliniuntur aulæ delicijs, donec imprudẽtes eo redigantur, vt nõ poſſint etiamſi velint in ſuum ocium ſeſe recipere. Chamæleon quoniam aura paſcitur nõ cibo, ſemper hiãti eſt ore: Ita qui gloriolis & auris alũtur popularibus, ſemper aliquid captant quod famã augeãt. Quoſdam aura popularis alit, neq; quicquam captãt præter inanes laudes & gloriã. Quid ego tibi illos enumerem

merem qui gloria flagrant, ardẽt cupiditate iuſti & magni triumphi? quid tandem habet ille currus, quid vincti ante currum duces, quid ſimulachra oppidorũ, quid aurum, quid argentũ, quid legati in equis & tribuni, quid clamor militum, quid tota illa pompa? Inania ſunt iſta mihi crede delectamẽta pene puerorum, captare plauſus, vehi per vrbem, cõſpici velle, quibus ex rebus nihil eſt quod ſolidũ tenere, nihil quod referre ad voluptatẽ corporis poſſis. Eorum quoq; ſtultitiam taxabat qui mancipia ad oſtentationem alunt otioſa, & ſeruos ſocios ac miniſtros voluptatum habere malunt, quàm frugiferis operis occupatos. Et vrbes & prouincias & aulas purgandas eſſe cenſebat hominibus non neceſſarijs, dicens malos eſſe imperatores qui ex viſceribus prouincialium homines non neceſſarios, nec reipublicę vtiles aleret. Nam & illud multis vſu venit, vt dum ſectantes ocium fugiunt honeſtã induſtriam, incidant in turbas inexplicabiles. Grauiter taxabat & principũ ambitionem, qui ſumptuoſis ac ſplendidis legationibus exhauriunt ærarium, quum vnus vir cordatus poſſit totum hoc prȩſtare quod reipub intereſt. Taxabat & in hoc hominum inſaniam, quod res pretioſiſſimas minimo emerent, venderentq; viliſſimas plurimo. Sta-

tuam

tuam enim tribus nummũ milibus emi, quũ farinæ chœnix duobus æreis væniret. At ſtatua nihil opus advitã, ſine farina viuere non licet. Cõueniebat igit̃ farinã multo ſtatuis eſſe chariorem, pretia rerum æſtimabat vſu naturali, vulgus æſtimat ſtulta perſuaſione. Aiebat ſe mirari, quod quum ſtatuarum artifices id ſummo ſtudio conniterentur, vt lapis quàm ſimillimus homini redderetur, non pariter hoc curarent, ne ipſi lapidibus ſimiles & viderentur & eſſent. De coitu Venereo ita exiſtimabat, partẽ eſſe quandã morbi teterrimi, quem noſtri comitialẽ dixerunt. Quæ vulgo bona appellantur, valetudinem, pulchritudinem, vires, diuitias, ingeniũ, etiam imperium non recte prorſus ita appellari cẽſebat, ſed ſi iuncta cũ iuſtitia fueriut, optima erũt, ſi cum iniuria, peſſima. Neq; enim homo qui bene valet aut diues potẽsq; eſt, fœlix eſſe cum iniquitate & contumelia poteſt, ſed plane miſer eſt, licet pulcher, & viribus corporis præſtans, ſed iniuſtus, ſed cõtumelioſus moleſte, anxie, turbide vitam agit. Poſteaquàm hæc audieram animus nimirum riſu efferbuit. Tũ ille: Qui ſemel inueterauit in vitijs raro fit vt ad bonam mentem redeat. Hic ego: Memini vetus eſt, de ſcurra multo facilius diuitem ꝙ patrẽ familias fieri poſſe. Ibi tum Democritus. Vt

tus: Vt diuites quibus ampla res domi eſt, lar ge profundũt: ita milites nõ parcũt opibus ali enis, ſed prodigũt gnauiter, & ſcelere parta perdunt ſceleratius. Summa autem profuſio hęc ac celerrima paternam deuorant ſubſtan- tiam, ſicq́; paucis diebus abſumunt omnia, vt nuſquàm appareat veſtigium. Implẽtur cibis ſumptuoſis, fruunturq́; velut ex hoſtili regio ne raptis, ampliter ſe cibo onerantes. Quidã adeo natura miſeri ſunt, vt non patiantur bi bi vinum, niſi poſteaquàm vel acuit vel va- puit. Quidam ſordide magnifici, ſic conui- uas ſuos tractant, vt accumbentes in conui- uio, ſpectatores duntaxat eorum quæ appo- nuntur, incœnatos patiuntur abire. Alĳ res neceſſarias temere, nec in tempore profun- dunt, aliquando futuras vſui, ſi ſeruarentur. Apud alios videas ſtulta liberalitate quan- taslibet opes exhauri, vel effluere potius, ſcis enim iuxta prouerbium: largitiõem fundum non habere. Alii profuſiores quàm par eſt, qui parta prodigere norũt, quęrere aut quæ- ſita ſeruare non norunt, qui'que tãtum pro- mũt, ad inopiam velis equisq́; properant. Id quod vulgo factitant adoleſcentes, qui fa- cultates patrias ſtulte prodigũt in iuuẽta, qui bus ſuſtinẽda fuerat imbecillitas ſenectæ. At q̃ties ſumptus ſuperat quęſtũ nec morbus iã decedit

decedit in naturam verſus,quid ſupereſt niſi vt ad malas artes vertant ſeſe,quo luxui ſemper gliſcenti ſuppeditet pecunia. Alij cauponam exercentes in ea quęſtuaria corpora habent. Alij ſcortationibus ac luſtris indulgent & lenocinium exercent, qui quæſtus hodie multo vberrimus: alij æs alienum nō negotij gerēdi cauſa, ſed libidine ſatiāda contrahūt. Quid vero illum quem libidinibus inflammatum & furentem videmus omnia rabide appetentem, cum inexplebili cupiditate quoq; affluētius voluptates vndiq; hauriat, eo grauius ardentiusq; ſitientem, nōne recte ridiculum imo miſerrimum dixeris? Quemadmodū adulteri alienas vxores adamant, ſuas contēnunt: ſic quidā aliorum bonis magis delectātur, ſua eleuāt aut etiam negligunt: fundum alienum arant, ſuum incultū deſerunt. Quantus eſt error dij immortales, qua frequentia, quo ſtudio, qua virtute ad communem dignitatem ſalutemq; ſentiunt. Quidam alienas picturas ſtatuasq; diligenter aſpiciunt ac ſingula excutiūt per ocium, ſua neglectim. Quidā nihil certi propoſitū habent quod ſequantur, & ad quod inſtituti, conſilijq; ſui rationes referant. Quidam quum tutū eſt glorioſa loquuntur, vbi prœſto periculum tergiuerſantur. Sed fugiendum etiam illud, ne offeramus nos periculis

riculis ſine cauſa, q̄ nihil poteſt eſſe ſtultius. Videmus hoc vſu venire vulgo, vt q ſunt audaciſſimi & magniloquentiſſimi, priuſquàm appareat periculum, vbi res virum poſtulat, ibi nullius ſunt animi. Plerunq; inuenias qui bello alijs ſunt ſuperiores, atq; ijdem tamē muliercu lis miſere famulantur. Pleraq; homines quum nihil refert pudent, vbi pudendum eſt, ibi pudor eos deſerit. Plerią; in minoribus rebus, ne pro vita quidem dicunt eſſe mentiendum, hi tamē pro deo quem optimum maximum (vt eſt) vocant, non audent verum fateri, qui etiam in recte factis ſæpe faſtidiūt. Iam vero qui ſibi comparatione deteriorum bonus videatur, nōne perinde facit, ac ſi quis ad claudos reſpiciens ſuam miretur velocitatē? Qui modū igitur vitio quærit ſimiliter facit, vt ſi poſſe putet eum qui ſe è Leucade præcipitauerit ſuſtinere ſe cum velit: vt enim id nō poteſt: ſic animus perturbatus & incitatus nec cohibere ſe poteſt, nec quo loco vult inſiſtere omnino. In circulis platearum quotidie fictus hariolus ſtultorum nares verberat, & obtorto fuſte dentes mordētium quatit, nec tamen deeſt, qui ſemper poſſit induci. Circulatores per ſummas haſtarum & gladiorum cuſpides ingrediuntur, nec ex aliorū malis ipſi rebus ſuis cōſulunt. Ha ha he, defeſſus, inquit,

iam ſum inſulſos atq; ineptulos iſtos ridendo. Tum ego: Quæſo, inquam, quid eſt o Hippocrates, tantum'ne ridiculorum, tantum'ne ſtolidorum? Et ille. Quid mirum inquit, in hoc loco, & hoc ſeculo? Ibi ego: Haud eſt quicquam quod iniquiore acceperim animo, quàm hūmortalium inſulſitatem. Quis animo æquo videt eum, quem impure ac flagitioſe putet viuere? Qui mira quidem charitate filios proſequuntur, ſed eoſdem indulgētia delicijsq; corrumpunt? Qui errata caſtigāt inceſſuntq; aliena, intercutibus vitijs ipſi madētes? Illud quoque non dici poteſt, quàm moueat & excitet mihi riſum, qui ſibi ſemitam non ſapiunt, alteri monſtrant viam. Alij pecorum ritu ſequuntur antecedētium gregem, pergentes nō quo eundum eſt, ſed quo itur: philoſophicis præceptis laqueū mandantes, ſuo viuunt more. Alij de vita, alij de gloria & beneuolentia ciuium in diſcrimen vocantur. Age vero cæteris in rebus quali ſint ſtulticia, conſiderato mi Hippocrates. Stultorum ne deridicula pariter & ingrata ſunt, dijs quæ faciunt omnia? Hippocrates. Sunt profecto, nam per ſapientiam ſanati ſunt, quicūq; placuerūt Apollini noſtro, cæteriſq; dijs omnibus. Democritus. Huc nos prouocat ætas omnis, dum poſterioribus ſtudijs grauioribus, vtinam etiam melioribus,

priora

priora leuitatis condemnamus. Negligimus pueri infantię crepundia, ridemus adoleſcentes pueritiæ ludicra, iuuenes adoleſcentiæ inconſulta conſilia, & inſanos repudiamus affectus, viri iuuentutis dolemus, tum pręcipitã tiam, tum intemperantiam, ſenes ſuperiorum ætatum & vitia gemimus, & quum ſera iam pœnitentia eſt, mutata cupimus. Atq; adeo in eiſdem ſæpe ætatibus affectus affectu, voluptas voluptate, libido libidine, ceu clauus clauo, paxillus paxillo (quod aiunt) pellit. Quin igitur quum ſuapte vanitate cuncta faſtidiũ nobis ſui pœnitentiãq; ſubinde pariãt, quũq; ætas omnis ad ſapiẽtiam properet, in tempore potius rebus noſtris ſalutiq; conſulentes, ludentis nos ſtultitiæ caliginem abſtergamus, infrugiferisq; mundi laboribus, longa quantum licet ſalute dicta potioribus incũbamus, atq; ita potioribus vt pręcipuis, ita pręcipuis vt ſolis, redimẽtes opportunitatem, quoniã dies mali ſunt. Sufficit enim ſua diei afflictio, ſufficit item ſua cuiq; rei ſtudioq; vanitas. Hippocrates. Pertexe quod exorſus es. Democritus. Alter alterum poſtq̃ impreſſionẽ atq; impetum ſenſerit ex aduerſo factum, aſtuta malitia, & malitioſa aſtutia conantur opprimere. Reges clancularijs inſidijs adoriuntur, & per ſummam iniuriã fortunis omnibus mo-

 liuntur

liuntur euertere. Vt qui tempeſtate confugiunt ſub arborē, ſerenitate facta ramos illius vellunt fugientes: ſic in rebus afflictis vtuntur pręſidio quorundā, quos eoſdem per inuidiam affligunt in rebus proſperis. Vt hedera adhærens arborum ramis, ope aliena in altū erigitur: ſic obſcuri iſtį conſuetudine potentium creſcunt, deinde pręfocant eos à quibus ſunt euecti in altum. Quæ eſt peior in hominum genere natura, q̄ eorum qui ſe natos ad homines ſpoliandos, atq; fortunis omnibus exuēdos arbitrātur? Principes enim ferè præter ius in alienas fortunas inijciunt manum. Quantam (malum) feneſtram nobis ad riſum ſubaperit atq; patefacit prodigioſa illa mortalium auaritia, vitium non ſolum maximū, ſed vitiorum etiam omnium reliquorum caput. Auarus quo magis accedit ætas, hoc magis cruciatur habēdi ſtudio, & minus poteſt vti partis. Terram penitus effodientes, rimantur argentum, argēto inuēto, tandē & ipſam quoq; terrā volūt emere, vbi terram emerint elocant, prouētus redituſq; diuendunt: vbi reditus diuenderint, & rurſus

ἀνδροφονοῦσι. γῆν ὀρύσσοντες, ἀργύρειον ζητοῦσιν. ἀργύρειον εὑρόντες, γῆν ἐθέλουσι πρίασθαι. ὠνησάμενοι γῆν, καρποὺς τι προσ-δοκοῦσι. καρποὺς ἀπο-

δεχόμενοι, πάλιν ἀργύριον μεταλαμβάνουσιν. ἐν ὅσαις μεταβολαῖς εἰσίν. ἐν ὅσῃ κακίῃ τοῦτο μὴ ἔχοντες, τοῦτο προθέμενοι ἔχοντες, κρύπτουσιν. ἀφα

rurſus argentum accipiunt. Deum immortalem quot quantis prauarum opinionũ mutationibus, atq; conturbatiõibus, & ipſarum inter ſe repugnãtijs vndique perturbãtur, in quantaq; itẽ verſantur vitioſitate? Democr. Simili ſocordia fit, quod maiore delectu pleriq; potẽtes eligũt quibus cõmittant equos ſuos alendos, quàm quibus liberos educandos. Principes ſæpe negligentiore cura committunt magiſtratum q̃ aucupium. Qui per animi ſocordiã inertiamq; nihil egregium, nihil arduum audent aggredi, quiq; periculi nutu à magnis abſtinent negotijs, cum inſignis gloria non niſi magnis periculis contingat: neq; triumphum egit quiſq̃, qui non ſit auſus Martis euentũ experiri. Qui præpoſtere ſunt ſordidi, parciſſimi in rebus minutiſſimis, in magnis negligentes. Poteris ne igitur ex huius temporis hominibus proferre quempiã q hactenus expetit poſſidere pecuniã, quatenus ſatis eſt ad ſuppeditandũ corporis neceſſitatibus? Quod ſi ſecũ vna reputarẽt finem diuitiarum iuxta naturã haud lõgius proferri, quàm ne eſuriamus, ne ſitiamus,

mus, ne algeamus? Et hactenus expetendas eſſe diuitias, quatenus ſatis ſit ad ſuppeditandum corporis neceſſitatibus. Sexcenta ſunt & alia quæ memorem, ſi ſit ocium: ſed vt ad pauca redeam ac mittam inſulſitatem hanc. Eſt & illud aliorum præclarũ ſcilicet ſtudiũ, Opulẽtia deſtituti, eo velis equisq; contendũt, & id vnum eluctantur, vt diuitias habeant, quæ vbi ſub manus ſucceſſere, haud incontãter eas obſcurant, occulunt, abſtrudunt, & id quidem mille locis. Quemadmodũ enim mus puſillus quidem, ſed ſapiens beſtia ætatẽ vni cubili nunq̃ committit ſuam, quaſi vnũ obſideatur aliunde perfugium gerat: ſic vbi vnũ ſaltum vident obſeptum, conantur alterũ adire. Haud poſſum me cõtinere quin rideam, & quidem nõ iniuria, eo q̃ ſuapte ſponte prorſus calamitoſi ſunt, ſimul ac infelices mortales omnes, & quicquid item tentant ſemper inauſpicato aggrediuntur. Artem diuinandi profeſſi, aliȷ̃s ſua mala prædicunt, ipſi ſuũ malum nõ poſſunt præuidere. Sine hoc loco Hippocrates pręterire me perfatuos quoſdã, qui prudentes ac ſcientes ſemet in præuiſum periculum inȷ̃ciunt, bouis in morem, qui ſibi patitur inȷ̃ci vincula, quibus ad cædẽ ducatur.

νίζουσι. καταγελῶ,
ἐφ᾽ οἷς κακοπραγέε

Quibus

Quibus hæc vita grauis eſt, idq; ipſorum culpa, quod animi vitio, quæ per ſe moleſta non ſunt, moleſtiam adferre videantur. Quod ſi adſit mens à ſtultis affectibus immunis, quicquid acciderit voluptati futurum eſt. Intendoq; riſum ob ea maxime in quibus irata fortuna infeliciter agunt omnia. Naturæ etiam mira, religioſasq; veritatis leges, et ſacroſancta bene viuendi inſtituta tranſgrediũtur, atque præuaricantur. Leuia ſunt hæc in his legirupis, mutuis inter ſe diſſident inimicitijs. Quidam pro leuiuſculis noxis plusq̃ muliebriter rixantur, pleriq; omnes cum ciuibus, cum fratribus, cum parẽtibus, breuiter cum nemine non capitale habentes diſſidium de re nihili, tanquàm pro focis & aris digladiantur. Ne feræ quidem hoc pacto inter ſe dimicant, quo mortales: neq; enim tigridi cum tigride bellũ eſt, neq; leoni cum leone: at homo nõ in aliud animal æque ſęuit atq; in hominem. Tum ferę non certant, niſi aut tuendi fœtus cauſſa, aut fame in rabiem actæ. Hominem inanis ambi-

σιν. ὧν τείνω ἐγγέλωτα, ἐφ' οἷς δυστυχέουσι, θεσμοὺς δ' ἀληθείης παραβεβήκασι. φιλονεικέοντες ἔχθρην πρὸς ἀλλήλους δηναιὰς ἔχουσι, μετὰ δὲ ἀδελφῶν καὶ γονέων, καὶ πολιτῶν,

tio,ac tituli neſcio qui,leues & affectati ad tã ſanguinolenta bella concitant.Incredibile dictu,quos ſubinde tumultus excitant,quoties quàm leuibus de cauſis procurrunt ad arma, ne ſuis quidem principibus ſatis obtemperãtes.Non piget perfodere montes, vt in putri terra reperiant aurum & argentum, & piget aliquid deuorare tædij in literæ ſuperficie,vt ad theſauros veniant lõge precioſiores auro & argẽto.Et haſce quidem tragœdias ferè videas paſſim excitari, ob quas neſcio facultatulas,ac eas quidẽ poſſeſſiunculas quarũ ne vnus quidem à morte ſua domin⁹ vel eſt,vel fuit,vel erit vnq̃.Certa amittunt dum incerta petunt,atq; hoc euenit in labore atq; dolore, vt mors interim obrepat. Verũ quid iſta præ his quæ alia ſuper alia prope quotidie deſignant eduntq; facinora? nondum audiſti Hippocrates,quod eſt atrociſſimũ.Tum ego: An quid eſt etiam atrocius? Certe eſt (inquit ille) plus audent quidam quàm vt tolerari ignoſciq; poſſit.Vterq; alterũ clancularijs iugulant inſidijs, non parum multi robore freti fretiq; potentia,

καὶ ταῦτα ὑπὲρ τοιού-
των κτημάτων, ὧν
οὐδεὶς θανὼν δεσπό-
της ἐστὶν, ἀλλήλοις κτε-
νέουσιν. ἀθεσμίᾳ βίᾳ
φονεῦντες. φίλων καὶ
πατρίδων ἀφειλω

potentia, præter ſemper honorāda naturę iura, prętereꝗ́; nunꝗ̄ ſatis venerādas maiorū ſanctiones, mutuo ſe trucidant, & quidem impuriſſime. Amicorum gentilium patriæꝗ́; inopiā tantum abeſt vt inſtaurent, ſarciant, atq; locupletent, vt vtrunq; exæquo ſpolient, faſtidiāt & aboleant. Loco congerendarum diuitiarū, prorſus indigna cuſtodia, nempe fluxa, euanida; inaniaꝗ́; comparant, comparata adornant, adornata reponunt, repoſita diligenter aſſeruant. Domum aut villā extruere, eāꝗ́; ſignis, aulæis, aliiſꝗ́; operibus exornare, & omnia potius quàm ſemet viſendum efficere, id eſt nō diuitias decori habere, ſed ipſum illis flagitio eſſe. Effigies maiorum cum titulis ſuis idcirco in prima ædium parte poni ſolebant, vt eorum virtutes poſteri non ſolum legerent, ſed etiam imitarentur: at nunc hoc vt omnis dignitatis gradus antiquatus eſt. Apud priſcum vero ſeculum in ædibus nihil ſplendidum, nihil admirandum fuit, præter ipſos inquilinos: at hodie omnia ſunt præter quàm nos ornati ſimul & exculti. Vt Coloſſi foris

ὑπερορῶσι. πλουτίζουσι τὰ ἀνάξια καὶ τὰ ἄψυχα ὅλης τῆς οὐσίας. ἀνδριάντα ὠνέονται, ὃ δοκεῖ λαλεῖν τὸ ἄγαλμα. τοὺς δὲ ἀληθέως λαλέοντας,

inſignes deum aliquem repręſentant, intus pleni luto,clauis,ſordibus:Ita potētiores quidam equis,auro,ſatellitio, triclinijs magnifici,in animo nihil habent pręter ſordidos affectus & inſcitiam. Vt pueri quidam admirant ac fœlices iudicant nebulones miſeros,cum in ſcęna ſaltant,aureis induti:ſic ſtulti felices exiſtimant diuitijs onuſtos. Vtq; imperiti ſtatuarij pulchrā exiſtimant ſtatuam quæ ſit vaſtiſſima mole:Sic reges nonnulli faſtu & aſperitate ſe egregios principes videri putant, vniuerſum patrimonium & bene lautam ſupellectilem in cōparandas viriles ſtatuas impendunt,imo prodigunt:non alio nomine q̄ quod vt ſtupidis quibuſdā ingenijs falſo appareant,ſic & reuera loqui eas credāt.Homines autem qui vere loquūtur,& cordate loquuntur,odio proſequūtur.In ſummis tectis ædium faſtigijsq; ædificiorum imponūt quas neſcio imagunculas vndiq; inauratas,vulgo cæcas & claudas appellatas,quod nec ambulent affixæ,nec cernant.Merito enim excludūtur quæ vidētur in hoc ſurrectæ,vt indignos excludant. Et huiuſmodi imagines etiam in templo℞ tectis affiguntur foris,quum ipſum templum nunquàm ingrediantur. Iam nimis multos audio Corinthi & Athenarum ornamenta laudantes mirantesq́;, & ante fixa fi-

ctilia deorum Romanorũ ridentes. Hos ego malo propitios deos, & ita ſpero futuros, ſi in ſuis manere ſedibus patiemur. Principes vulgus ſpoliant omnibus fortunis, ac ſedibus eĳciunt, euertunt, exturbant, publicam dilapidant pecuniã, ærarium exhauriũt. Quid etiã ſtultius, imo inſanius quàm quod ſtulti reges regaliter inſanientes, operam populi ac pecuniã in ſubſtruendis pyramidibus conſumũt, quæ nihil habent præter ſtultam & ocioſam oſtentationem, cum idem in rebus vtilibus fieri potuerit, atq; adeo debuerit? Reges ſatellitium ex barbarorum fece conductum, nõ ad cuſtodiam corporis adhibent vt olim tyranni, ſed magis faſtus quàm tutelę gratia alunt, vt aſtent modo, nihil etiã loquantur. Vt exoculatus manus quoquo verſum porrigit, nullo certo ſcopo: Ita princeps cui deſit prudẽtia, quiduis aggreditur ingenti rerum tumultu, ſed nullo iudicio. Quidam elaborant in difficilimis, cæterum in frugiferis, hoc ipſum præclarum exiſtimãtes, quod in laborioſo negotio verſantur. Quidam in alĳs id genus inſanis ſubſtructionibus nemini non ridicula cõcitant, ſuamq; ſtultitiam denobilitãt. Dictu vero mirũ quàm attente alienis inhient opibus, bonaq; nõ ſua ſemper appetãt, atq; diſcupiãt. Incredibile etiam relatu, q̃ nuſquàm ſibi conſtent,

ſtent, ſed nunc huc, nunc illuc impelluntur. Diuerſeq́; trahunt animũ in contraria curę. Nunquàm non tumultuantur, eunt huc, hinc illuc, cum illuc ventum eſt, ire illinc libet: incertę errat animus præterpropter vitã viuitur. Sunt ne illi miſeri, qui nusq̃ bene queunt cõſiſtere? Si domi ſunt foris eſt animus: ſin foris ſunt, animus domi eſt, ſed nec propria cordi ſunt. Nã qui in continente habitant, mare deſiderant: rurſus inſulani continentem, & qua ſunt in conſtãtia in inſulis obuerſantes, mox rurſus nihil prius habent, quàm adeſſe continenti. Nondum ſatis pernoſti etiam, quales ſunt & quot item ſunt, qui in ſuam ipſorum commoditatem atq; deſiderium explendum conuertunt referũtq́; omnia. Omnes enim ſibi melius eſſe malunt quàm alteri. Adijciã & aliud quiddam æque ridiculum, ne tibi videar Hippocrates in deridendis inepte ſtultis mortalium ſtudijs iniuria occupatus. In omnibus præpoſtere ſeſe gerunt, ibi feroces vbi nihil erat opus, ibi fugaces vbi res poſcebat virum: in

μισεῦσι. τῶν γὰρ μὴ
ἐπιδίων ἐφίενται. καὶ
οἱ ἤπειρον οἰκεῦντες,
θάλασσαν ποθέουσι·
καὶ πάλιν οἱ νήσοις
ἐόντες, ἤπειρον διζή-
ονται. καὶ πάντα δια-
στρέφουσιν ἐς ἰδίην
αὐτῶν θυμίην. τὸ δοκέ

ſuos

ſuos quidem ſæui, non itidem audent aduerſus inimicos. In pace ad vexandos ciues acerrimi, in bello ad expugnādas hoſtes inertiſſimi. In bello quidē magnopere volunt videri fortitudinem deprædicaſſe, cum interim quotidie, vel potius in dies ſingulos vincantur ab intemperantia, vincantur ab auaritia, vincantur deniq; ab omnibus illis ſuis inſanis quibus tenentur obnoxij affectionibus: nemo tamen eſt qui quamuis inſaniat, ob amorem ſui ſuam perſpiciat amentiam. Vt difficilime ſanantur qui ſui ſenſu carent in morbo velut lethargici ac phrenetici: ita difficilime reuocantur ad bonam mentem, qui non agnoſcūt vitia ſua. Caput autē illud eſt, naturę Therſitæ ex æquo ſunt omnes, hoc eſt monſtra, & quidem monſtroſiſſima, vt qui præter humanam figuram nihil habēt aut hominis, aut rationis. Sed mōſtra tam ex contrarijs diuerſiſq; inter ſe repugnantibus naturæ ſtudijs cupiditatibuſq; cōflata valere ſinamus. Quemadmodum enim cōſtat Therſiten omnium qui ad Troiam venerunt

ουσι μὲν ἐν πολέμῳ ἀνδρείαν ἐπαινεῖσθαι. νικῶνται δὲ καθ' ἡμέραν, ὑπὸ τῆς ἀσελγείας, ὑπὸ φιλαργυρίας, ὑπὸ τῶν παθέων πάντων νοσέουσι. θερ σῖται δ' εἰσὶ τοῦ βίου

nerunt fœdiſſimum fuiſſe. Ita ſi totum hominem à capite (quod aiunt) vſq; ad pedes graphice depingas, & corporis vitia & animi morbos, non immerito dicas peſſimum ingenium in domicilio ſe digno habitare. Quamobrem igitur Hippocrates hũc meum riſum ſuggilaſti? Ego illos non irrideam? Quãdoquidem non ipſi modo, vel inuiti ſuam produnt vecordiam, ſed & alius alium quoq; deridentes ſtultitiæ ſuæ quàmplurimos teſtes domeſtico pręconio colligũt. Alij cum ſibi fortaſſe ſolis pulchre videãtur eſſe abſtemij ſobrijq;, ludibrio habẽt (vt merito maxime habẽdi ſunt) ebrioſos, ipſimet interim ipſa ebrietate ebrioſiores. Alij autẽ q̃ ſunt impudentia, non verentur irridere admodum adoleſcentulos, ita vt fere fit lubricis illis annis, captos amore, paululum aliquid laſciuire, imo inſanire, cũ & ipſi decurſo ætatis ſpacio, vergente iam ætate, exactaq; perpetuo lõge moleſtiore ac fœdiore diuexẽtur ægritudine. Fit enim neſcio quo modo vt in alijs cer

πάντες. τί δὲ οὖν ἐμὸν ἱππόκρατες ἐμέμψω γέλωτα; οὐ γὰρ αὐτοὶ τῆς ἰδίης ἀνοίης, ἀλλ᾿ ἄλλος ἄλλου καταγελᾶτε, οἱ μὲν τῶν μεθυόντων, ὅταν αὐτοὶ δοκέουσι νήφειν. οἱ δὲ τῶν ἐρώντων, χαλεπωτέρην νόσον νοσεῦντες αὐτοί. οἱ

namus magis magisq; deteſtemur q̃ in nobis metipſis, ſi quid delinquitur. Suis quiſq; cupiditatibus blandiẽs, putat ſibi licere quod valde libet, & rectum ducit illud concupiſcere q̃ frui dulce ſit: ſuis ignoſcẽtes vitijs aliena mordaciſſime inſectantur omnes. Eſt aũt hoc fere mortalium ingenijs inſitum, vt ſibi quiſq; plurimum tribuat, aliis parcius: atq; id vitii magis adeſt rudibus aut paululum modo progreſſis, q̃ exercitatis & abſolutis. Alii alios circa rem nauticā fortiter verſantes: alii vero circa agricolationem gnauiter ſe occupātes ſæuis dictis ſuis protelant & inceſſunt. Scis em̃ ipſe vt nec artibus artifices, nec opificiis item opifices ipſi ſibi ſatis probe inter ſe conueniunt atque conſonant, ſed præ ſe quemuis alius faſtidit, & alter alteri ſubinuidẽs niſi quod ipſe facit, nihil rectũ fieri putat. Adhæc nemo ferè eſt cui id quod alteri placeat, & plerunq; ab aliis diſſident, nõ vt melius ſed vt aliud ſequantur. Cupit enim quiſq; ſuum eſſe quod probat, & probat quiſq; maxime quod ſuum eſt, hoc eſt, quod naturæ ſenſibusq; ſuis eſt accommodatiſſimũ. Nec mihi ſilentio prę

δὲ τῶν πλεόντων. ἄλλοι δὲ τῶν περὶ γεωργίαν ἀσχοληθέντων. οὐ συμφωνοῦσι δ', οὔτε ταῖς τέχναις, οὔτε τοῖς ἔργοις.

tereundos

tereũdos eſſe crediderim philoſophos quoſdam, eo nomine indignos, qui diſſidium ac factionem concitant inter auditores quo nimirum hac occaſione celebres reddantur: maluntq́ꝫ publico omnium malo nobilitari quã inglorii viuere. Frequenter etiam accidit vt habeant pugnas philoſophi maxime ſophiſtæ, non ob deſiderium veritatis, ſed ob iactãtiam glorię, dum apud eos qui audiunt docti volunt æſtimari, aut certe ex hoc rumuſculo turpia ſectantur lucra. Qui ſibi ſcopum hunc propoſuerunt, vt paradoxa quepiam ac noua proferãt, quo ſint admirationi populo ſemper inanium rerum admiratori, quiq́ꝫ ſub prętextu philoſophiæ libidini ſuæ ſeruiunt. Sordidantur autem puluere frigidaq́ꝫ lauant, attollunt ſupercilia ac philoſophari ſeſe prædicant, & foris ſobrii ſunt, deinde clanculũ Veneri indulgent. Quid etiam ſtultius imo pernitioſius quàm ſtudiorum profeſſoribus inuicem ſeſe lacerãtibus collabi omnes honeſtas diſciplinas. At ſine his vita hominum non eſt hominum, ſed ferarũ.

Ego certe quidem (inquam) Democrite vera bonaq́ꝫ ſunt hęc quę narras omnia, & haud ſcio, an vlla alia oratio vel ad deſcribendam vel ob

ἐγὼ δὲ ταῦτα μὲν ἔφην κρήγυα Δημόκριτε. οὐ δὲ ἄλλος τις

vel ob oculos ponendam mortalium cæcutiē tiam miſeriamq́; cōcinnior, aut inſtructior etiamnum poſſit adferri. Verum moderādus eſt riſus tametſi iuſtiſſimꝰ, præſertim cū inſulſitas mortalium vix ingenti volumine poſſit (vt par eſt) explicari. Vnū illud etiam atq; etiam admonendus es, quod res ipſæ nonnullam omnis generis neceſſitatem hominibus præſcribunt. Siue cauſa rei domeſticę gnauiter accurandæ, ſiue nauis probe compingendæ, ſiue reliquarum reip. functionum fideliter adminiſtrādarum. In quibus ſane negotijs multis & magnis, hominē occupari non prorſus inutile fuerit, adeoq́; nolit velit non raro in his totum diſtineri omnino neceſſum eſt. Nō enim ad ocium ſegnitiemq́; natura hominē progenuit, ſed laborem, nō aliter quàm aues ad volatum, quo corpus ſpōtaneis laboribus exerceat, vt neceſſarios perferre queat, & laborum præſidio paret, quo ſe ſuosq́; modice paſcat. Neq; hoc diſſimulandum eſt quod obſcurari

αὖ εἴη λόγος ἁρμοδιώτερος διαστέλλειν ταλαιπωρίην θνητῶν. ἀλλὰ πρήξιος νομοθετέουσι τὴν ἀναγκαίην. οἰκονομίης τε εἵνεκα, καὶ ναυπηγίης, καὶ τῆς ἑτέρης πολιτείης, ἐν ᾗ χρεὼν ἐστὶ τὸν ἄνθρωπον. οὐ γὰρ εἰς ἀεργίην αὐτὸν ἡ φύσις

non poteſt,ſed prę nobis ferendū. Trahimur omnes laudis ſtudio,& optimus quiſq; maxime gloria ducitur. Ipſi illi philoſophi etiam in illis libellis quos de contemnēda gloria ſcribunt, nomen ſuū inſcribunt:in eo ipſo in quo prædicationem nobilitatemq́; deſpiciūt,prædicari de ſe ac nominari volunt. Fallit nos ingenitus honeſtis animis glorię amor,ſpes nobis perpetuę laudis imponit. Honoris ſtudiū & ambitiōis morbus generoſis & erectis ingenijs maxime ſolet innaſci,quē vix ægreq́;ex animis hominum reuellas. Etſi enim nihil in ſe habeat gloria quur expetatur,tamen virtutem tanquàm vmbra ſequitur. Porro cū vix inueniatur,qui laboribus ſuſceptis,periculisq́; aditis nō quaſi mercedem rerum geſtarum deſideret gloriam, quid mirum ſi ab hiſce quas modo dixi functionibus fideliter obeundis, profectus imo omnibus infuſus, iuxta ac cognatus gloriæ amor,ambitio'que perfacile in optimi cuiuſque pectus irrepit, & multorum animum recte alioqui dijudicantium

ἐγένετο. ἐκ τούτων δὲ πάλιν φιλοδοξίη χυθεῖσα, ἔσφηλε πολλοὺς ὀρθογνώμονας ψυχῆς. σπουδαζόντων μὲν ἅπαντα, ὡς ὑπὸ ἀδιαπτώτων. ἢ μὴ κατ᾽ εὐπινούντων δὲ τὴν ἀδηλότητα προ

dicantium trãſuerſum agit,penitusq; labefa-ctat. Quippe qui hoc vnum ſtudẽt,& ob hoc nihil non & faciunt & patiuntur, vt honorẽ aſſequantur,quem velut ſcopum omnium eorum quæ moliũtur habent. Pendemus ex laude,atq; hãc laboris noſtri ducimus ſummam. Scis tu quidem ex omnibus præmijs virtutis, ſi eſſet habenda ratio præmiorum, ampliſſimum eſſe prẹmium gloriam: eſſe hanc vnam quæ breuitatem vitæ, poſteritatis memoria conſolaretur: quę efficeret,vt abſentes adeſſemus,mortui viueremus: hãc deniq; eſſe cuius gradibus etiam homines in cœlum videãtur aſcẽdere. Vt leuitatis eſt inanem aucupari rumorem,& omnes vmbras etiam falſæ glorię conſectari: ſic leuis eſt animi lucem ſplendoremq; fugientis iuſtam gloriã, quę eſt fructus veræ virtutis honeſtiſſimus,repudiare. Nec à deſtinato ſibi ſemel ſcopo hoc,vnq̃ ſe poſſe aut excidere aut aberrare in animũ inducũt ſuum,neq; etiam homines ſe eſſe meminerũt, ea lege natos,vt omnibus telis fortunæ propoſita ſit vita ipſorũ. Atq; hoc eſt in cauſa,cur ſibi falſo perſuadeãt ſe ſemper auſpicato ſemperq; inculpate cũcta adminiſtraturos, & ita adminiſtraturos, vt ne vlla eos prorſus interturbẽt aduerſa, verũ ex aĩ ſententia accidant omnia,vt perpetuo (ſi dijs placet) ſine vllo in-

commodo ſint victuri. *Suæ* quiſq; ſpei blandiens, ex quamlibet leuibus argumentis diuinat futurum quod optat: hos ſi vtcunq; cōſiſtāt, nullus (vt putāt) è veſtigio poterit educere. Securi igitur periculi omnis, in vtrunq; oculum ocioſe conquieſcunt atq; dormiunt, dormientibusq́; cuncta ſibi proſpera credūt confecturos deos. Deinde iā non amplius aut animū intendūt, aut taciti ſecum repetūt mire variā rerū omniū incertitudinē, mireq́; incertā fortunę viciſſitudinē, in quā & ipſi fortaſſe citius opiniōe poſſint turpiter impingere, verſutior enim eſt fortuna, q̄ rota figularis. Paratū eſt videre q̄ ſit conditio rerꝫ humanarū, vtq́; rota quædā negotiorū humanorū curſu circūagatur, nunc his nunc illis florētibus ac marcetibus, dū neq; proſperitas, neq; aduerſitas vt aiunt nobis cōſtat, ſed q̄ ocyſſime in diuerſum mutatē ac trāſilit, vt auris ac literis aquæ inſcriptis fidere liceat citiꝰ, q̄ humanę fœlicitati. Quotuſqſq; eſt etiā, qui fideliter admonet id q̄d imprimis admonitū oportuit, nēpe vt ſint ſemper oīa homini hūana meditata, nimirꝫ hæc eſt illa præſtās & diuina ſapīa, & perceptas penitus & ptractatas humanas res habere, nihil admirari cū acciderit, nihil anteq̄ euenerit nō euenire poſſe, arbitrari. Vt ſapiēs gubernator in tranqllitate tēpeſtatem ex-

tem expectat:ita in rebus trãquillis ad dolorẽ aliquẽ pparãdus eſt animus. Scitũ eſt enim eiuſmodi parare in aĩo cupiditates, q̃s cũ res aduerſę ſint, paulo mederi poſſis. At nunc nemo Hercule nemo eſt

ῥῆσθαι. εἶπον γάρ τις ὦ Δημόκριτε γαμέων, ἢ χωρισμὸν ἢ θάνατον προσεδόκησεν. τὶς δ' ὁμοίως παίδων τροφέων ἀπώλειαν; ἀλλ' οὐδ' ἐν γεωργίῃ, καὶ πλοίῳ, ἢ βασιλείῃ, ἢ ἡγεμονίῃ, καὶ πάνθ' ὅσ' ὑπάρχει κατὰ τὸν

Democrite, qui vxorẽ ducẽs, futurũ aliquãdo vel ei⁹ ab ipſo, vel ipſi⁹ ab ea, vel vtrinq; forte ſimul diuortium ſeparationem'ue aut mortem deniq; prius expectarit, quàm obnunciaretur. Quis enim parẽtum pueros educãs, ac enutriens ad cogitandũ pręcoquũ eorũ interitum, animum inſtituit vnquã? Cui infortunium, cui exiliũ, cui latomiæ prius ob oculos verſantur, quàm cum iam ſerum ſit in ea inciderint incommoda, & illic ipſi ſeſe iã impedierint in plagas, vnde nequeunt rurſus expedire? Sed nec in agricolatione, nec in nauigatione, nec in re nautica, nec in imperio, nec in exercitu, in ſumma nec in cæteris id genus rebus omnibus, quæ in vnaqualibet mortalium vita per vniuerſum terrarum orbem tranſigũtur, ne vnus quidem ſecum re-

commodo ſint victuri. *Suæ* quiſq; ſpei blandiens, ex quamlibet leuibus argumentis diuinat futurum quod optat: hos ſi vtcunq; cõſiſtãt, nullus (vt putãt) è veſtigio poterit educere. Securi igitur periculi omnis, in vtrunq; oculum ocioſe conquieſcunt atq; dormiunt, dormientibusq; cuncta ſibi proſpera credũt confecturos deos. Deinde iã non amplius aut animũ intendũt, aut taciti ſecum repetũt mire variã rerũ omniũ incertitudinẽ, mireq; incertã fortunę viciſſitudinẽ, in quã & ipſi fortaſſe citius opiniõe poſſint turpiter impingere, verſutior enim eſt fortuna, q̃ rota figularis. Paratũ eſt videre q̃ ſit conditio rerum humanarũ, vtq; rota quædã negotiorũ humanorũ curſu circũagatur, nunc his nunc illis florẽtibus ac marcetibus, dũ neq; proſperitas, neq; aduerſitas vt aiunt nobis cõſtat, ſed q̃ ocyſſime in diuerſum mutat̃ ac trãſilit, vt auris ac literis aquæ inſcriptis fidere liceat citius, q̃ humanę fœlicitati. Quotuſq; eſt etiã, qui fideliter admonet id q̃d imprimis admonitũ oportuit, nẽpe vt ſint ſemper oĩa homini hũana meditata, nimirum hæc eſt illa præſtãs & diuina ſapia, & perceptas penitus & pertractatas humanas res habere, nihil admirari cũ acciderit, nihil anteq̃ euenerit nõ euenire poſſe, arbitrari. Vt ſapiẽs gubernator in tranqllitate tẽpeſtatem ex-

tem expectat:ita in rebus trāquillis ad dolorē aliquē p̄parādus eſt animus. Scitū eſt enim eiuſmodi parare in aīo cupiditates, q̄s cū res aduerſę ſint, paulo mederi poſſis. At nunc nemo Hercule nemo eſt Democrite, qui ýxorē ducēs, futurū aliquādo vel eiꝰ ab ipſo, vel ipſiꝰ ab ea, vel vtrinq; forte ſimul diuortium ſeparationem'ue aut mortem deniq; prius expectarit, quàm obnunciaretur. Quis enim parētum pueros educās, ac enutriens ad cogitandū præcoquū eorū interitum, animum inſtituit vnquā? Cui infortunium, cui exiliū, cui latomiæ prius ob oculos verſantur, quàm cum iam ſerum ſit in ea inciderint incommoda, & illic ipſi ſeſe iā impedierint in plagas, vnde nequeunt rurſus expedire? Sed nec in agricolatione, nec in nauigatione, nec in re nautica, nec in imperio, nec in exercitu, in ſumma nec in cæteris id genus rebus omnibus, quæ in vnaqualibet mortalium vita per vniuerſum terrarum orbem tranſigūtur, ne vnus quidem ſecum re-

ῥηθῆναι. εἴπου γάρ τις
ὦ Δημόκριτε γαμέ-
ων, ἢ χωρισμὸν ἢ θάν
νατον προσεδόκησεν.
τὶς δ' ὁμοίως παίδων
τροφέων ἀπώλειαν;
ἀλλ' οὐδ' ἐν γεωργίῃ, καὶ
πλοίῳ, ἢ βασιλείῃ,
ἢ ἡγεμονίῃ, καὶ πάνθ'
ὅσ' ὑπάρχει κατὰ τ

putat animo, ſe ſua ſpe aliquando tandẽ poſſe fruſtrari, ab eaq; ſemel cõcepta prorſus excidere. Cum tamen nemo neſciat, nihil tã certum ſperari, neq; tã eſſe vicinũ quod non repẽtinus aliquis caſus queat interuertere, adeoq; non eſſe tutũ futuris fidere, vt vix etiam illa ſint certa, quæ manib' tenemus. An quiſquam eſt mortalium, maxime iſtorũ Satraparũ, beatorũq; diuitum, qui nõ ſemper bonis paſcatur ſpe-

αἰῶνα. οὐδεὶς γὰρ προὔλαβεν παῦσαι, ἀλλ' ἀγαθοῖσι μὲν ἕκαστος τούτων ἐλπίσι φέρβεται, τῶν δὲ χειρόνων οὐδὲ μέμνηται. μήποτ' οὖν ὁ σὸς γέλως τουτέοις ἀνάρμοστος. ὁ δὲ Δημόκριτος, μάλα ἔφη νωθὴς ὢν νόον

bus, peiorum autem, acerbiorumq; caſuũ, ac malorum quæ ad manum ſunt, & (vt inquit Heſiodus) cumulo liceat accipere ne meminere quidem. Nonne igitur immerito videris iſta ridere, riſusq; iſtos tuos cũ aliis omnibus tum præſertim huic hominum generi prorſus intolerabiles eſſe agnoſcis? Democritus admodũ terribiliter acriterq; & Titanico me intuens vultu, & mecum quoq; retrorſum liberius aliquanto expoſtulãs aiebat: Quanq̃ ſentio quanta hoc cum offenſione dicturi ſumus, dicendum tamen: Aſperior fortaſſe videbor,

bor,ſed non poſſum lenire parietem lapſantem. Sapientiſſimum eſſe dicunt eum, q quid opus facto ſit, ipſe poſſit pſpicere, proxime accedere illum,qui alterius bene monitis obtemperet: In ſtultitia contra eſt. Minus enim ſtultus is eſt, cui nihil venit in mētem, quàm ille,qui quod ſtulte alteri venit in mentē comprobat. Admodum tardo es ingenio,nec adhuc quam perſonam teneas, aut quid profitearis intelligere potuiſti homo ſapientiſſime,tantumq; abes à perfectione reconditioris rerum naturalium cognitionis,atq; maximorum in re medica experimētorum, vt fundamenta eorum quæ cogitas nondum ieceris. Haud mediocriter tua à mea diſſidet opinio Hippocrates,impſpecte colligis & cōiūgis imprudēter, imperite nimium tranquillitatis atq perturbationis modum æſtimans in hac quidē parte nō tuo ſubſcribo iudicio,etiamſi alias eruditiſſimo pariter ac diligētiſſimo viro tibi libēs aſſentior. Nonnihil equidē Hippocrates etiā aliorum,ſed multo magis hic tuam prudētiam deſidero,quod homo cum ingenio tū etiā doctrina

ὑπάρχεις, καὶ μακρὰν γε τῆς ἐμῆς γνώμης ἀπόδημος ἱπποκράτευ, ἀταραξίης δὲ ταραχῆς μέτρα μὴ διασκοπέων, δι' ἀ-

ctrina excellēs diſcrimē hoc perturbationis atq; qetis non videris. Nā ſi vidiſſes, q̄uis pacto quàm iſto modo reſpōdere maluiſſes. Ita q; periculū eſt niſi quid in vtraq; re diſcriminis ſit docuerim⁹, ne quis error tibi offundat. Quod ſi ea quæ magno alioqui animi impetu exorſa fortiter pertexunt, eadem hęc prius quoq; prudenti adminiſtrarēt cogitatione conſilioq;: minimo ſane negotio, & ipſi liberarentur à quibus identidem angunt miſerijs, meumq; omnino riſum leuarent atq; repellerēt. Nūc vero tanquam ob res cum primis præclaras vitæq; commodas, & hominū generi perneceſſarias, emota mente labefacti animoq; læſi ſuperbiunt, atq; quemuis præ ſe faſtidiunt. Omnibus enim nobis vt res dāt ſeſe, ita magni, atq; humiles ſumus. Quamobrem vt inconſiderata iuxta ac tumultuaria, ſic & inordinata, & erronea temerarij atq; p̄cipitis impetus amētia, perſæpe magno ſuo malo infeliciter edocti, tota aberrant via. Temeraria enim incōſiderataq; audacia plerunque in

γνῶσιν. ταῦτα γὰρ αὐτὰ, διανοίῃ φρονήρει διοικέοντες, αὐτοί τε ῥηιδίως ἀπήλλαξαν, καὶ τὸν ἐμὸν ἐλαφρὸν γέλωτα. νῦν δ' ὡς ἐπ' ἀρηρόσι τοῖς ἐν τῷ βίῳ φρενοβλαβέες τετύφωνται.

quein

que infelix eſſe ſolet,& in maximum malum aliquando adducere. Eſt autem hæc vna præcipua peſtis vitæ mortalium, quod non perinde diſcimus cauere malũ, atq; admiſſo mederi, Non huc incũbimus pleriq; ne committamus iniuſta, ſed vt poſteaquam fecerimus medeamur. Atqui nimio ſatius eſt non admittere malum, quàm admiſſo mederi. Sũma profeſſio ſtultitiæ eſt non ire obuiam ſceleribus cogitatis, ſed manere opeririq;, vt quum admiſſa & perpetrata fuerint, tũ deniq; vbi facta ſũnt, infecta fieri non poſſunt, puniantur: qui tamen aliqua ex parte his incommodis mederi haud dubie potuiſſent. Quo in genere nõ eſt incommodum quale quidq; eorum ſit ex alijs iudicare, vt ſi quid dedeceat illos, vitemus & ipſi. Fit enim neſcio quo modo vt magis in alijs cernamus, quàm in nobiſmetipſis, ſi quid delinquit. Nec res eſt ita magni laboris, abunde ſatis magna ipſis ſufficiensq; (ſi qd modo poſſit eiuſcemodi ſtupidiſſimis ingenijs eſſe ſatis) eſſe potuit admonitio earum, quæ nuſquam non accidit rerũ omniũ viciſſitudo, quę ſubi-

ἀλλ' ἀσυλλογίστῳ διανοίᾳ τοῦ ἀτάκτου φορῆς διαδιδάσκου. νουθεσίᾳ γοῦν αὐτάρκης ὑπῆρχεν ἡ τῶν ξυμβάντων μεταβολή. ὀξείᾳ ῥοπῇσιν ἐμ-

ſubitaneis inuerſioni-
bus, derepente præter
expectationē omnem
incidens, & celerrimū
rotarum curſum, inſta
bilemq́; fortunæ volu-
bilitatem ſecum vol-
uens, circūrotat & ver
ſat omnia. Illi vero q̄t-
quot ſunt ad vnū oēs,
tanquam in fundo be-
ne ſolido, firmoq́;, vn-
de (vt arbitranť) ægre
quidem poſſent extur
bari, hærentes atq; con

πίπτουσα. αἰφνίδιον
τροχηλασίην παντοί-
ην γινοῦσα. οἱ δὲ ὡς
ἐπ' ἀρηρείῃ καὶ βεβαίῃ
ἐκλελησμένοι πα-
θέων κατὰ τὸ ξυνε-
χὲς ἐμπιπτόντων,
ἄλλοτε ἄλλως πο-
θεῦντες τὰ λυπέ-
οντα, διζήμενοι τὰ
μὴ ξυμφέροντα, ἐγ-
καλινδεῦνται πολλῇ·

ſtituti, variorum caſuum prope quotidie ali-
ter atq; aliter incidentiū prorſus obliuiſcun
tur. Quid magis ridiculum dici poteſt, quod
neq; de deligendo vitæ genere, neq; de loco
quærendo cogitant, cum tamen hinc præci-
pua hominis pendeat felicitas, ſi inſtitutū in-
genio commodum, iudicio non caſu ſumat?
Alij pecorum ritu ſequuntur antecedentium
gregem pergentes non quo eundum eſt, ſed
quo itur. Nec quiſquam eam vitæ rationem
capeſſit ad quam natura ſit appoſitus. Sed vt
oſcitant permulti quod oſcitantem conſpici
unt, & micturiunt quod meientem viderint:
ita

ita quidam nullo certo iudicio ad inſtituendam vitam permouentur, ſed quiduis in alijs imitantur ac referunt. Qui nauſeant inter nauigandum exiſtimant ſe melius habituros, ſi ex ſcapha in liburnum aut triremẽ demigrarint, at nihil agunt, cum ſecum circunferant timiditatem ac bilem: ita fruſtra vertunt genus vitæ qui morbos animi ſecum adferũt. Vt quædam feræ etiam domitæ, tamen ſubito ad feritatem natiuam recurrunt: ita nunq̃ bona fide quorundam vitia manſueſcunt. Sunt qui ſe præcipites dant in vitæ rationem priuſquam ipſi ſibi noti ſint, & ſunt è diuerſo quos cunctantes & deliberantes mors occupat. Quid tibi hic commemorem, quàm ſolicite expetant ea, q̃ non ſine magnis & multis negotijs iam demum parta, vehementer eos affligent atq; contriſtent. Prætereo, iidẽ vt perquiſitius inueſtigent, vt accuratius ſolicitent, nihil omnino conducentia, & proinde multis inuoluti calamitatibus torquẽtur, & quidem acerbiſſime. Equidem ſi primum nihil non diu conſideratum faceret, deinde ſi in omni opere priuſquam aggrederetur, diligentem adhiberet præparationem, tũ ſi res duas in omni actu ſpectaret, quid deceat, q̃d expediat, poſtea ſi deliberando quæ accidere poſſint præuideret, præuiſa põderaret, at

que

que metiretur, ac quàm in his ſolers fuit, tam in illis gerendis audax, & inuictus foret, profecto plane tranquillam, & nullis expoſitam caſibus vitã viueret, eãq; perdiu ſeruaret incolumem, ſimul & incõcuſſam. Aperta enim res eſt, & ipſa nos quotidie natura admonet quàm paucis, quàm paruis, quàm deniq; vilibus egeat, Poſtremo vt ſemel finiã, ſi ſua ipſius natura penitius introſpecta, ipſe ſibi probe cognit⁹ eſſet homo, & pfectũ à ſe conſiliũ, iudicium, collationẽq; ſup aliis, aut adhibitã, aut adhibendã perſpexiſſet, & ad liquidum confeſſumq; manifeſte perduxiſſet: nec aſſiduam, & vehemẽtem circa cupiditatem magna cum voluptate occupationem poneret, eandẽq; in immenſum propagaret, ſed naturam optimam recte viuendi ducem ſequeretur, miram rerum omnium exuberãtiam afferentem, imo omnium nutricem & quidem indul-

σι ξυμφορῇσιν. εἰ δ' ἐμβριμήσειεν κατὰ δύναμιν ἰδίην, τὰ ξύμπαντα ἔρδειν, ἃ διάπλωσιν ἐφόρεε ζωήν, ἑωυτὸν ἐξεπιστάμενος, ὁ ξυγκρίσιν ἰδίην σαφῶς κατανοήσας, καὶ μὴ τὸ ἐπιθυμίης τὴν σπουδὴν ἀόριστον ἐκτείνῃ. τὴν δὲ πλουσίην φύσιν καὶ πάντων τιθηνὸν, δι' αὐταρκείης ὁρέων.

indulgentiſſimam exiſtentem, non ita opes opibus accumularet, nec ad ampliſſimas fortunas anhelaret. Non ſic perpetuis pene bellis tumultuarentur vndiq́, mortales, non tam inſano ſtudio per phas nephasq́; congerēdi diuitias feruerent omnia, non tot litibus vbique perſtreperēt ſacra pariter ac prophana. Vt enim qui febri laborant e diuerſis diuerſa capiunt, hoc eſt à calidis frigeſcunt, à frigidis caleſcunt: ſic & diuitiæ moleſtiam afferūt ſtultis, & paupertas gaudium ſapiēti. Vt qui morbo laborant cibos puriſſimos & lautiſſimos faſtidiunt & recuſant ſi quis edere compellat: ijdem reſtituti bonæ valetudini caſeo quoq; aut cepe libenter veſcuntur: ita ſtultis magnifica fortuna iucunda, ſapientibus autē humilis ac tenuis fortuna ſuauis. Et quemadmodum in bono habitu ſalubriq; proſperæ valetudinis temperamento, ſane q̄ manifeſte ſolet eſſe affine ægrotationis periculum: ſic itidem periculoſior eſt non vulgaris rerum fortuitarum acceſſio ſimul & magnitudo. Vt athletarum ad ſummum p̄greſſabo-

καθάπερ δὲ τῶν παθέων ἐν εὐεξίῃ κίνδυνος πρόδηλος, οὕτω τὸ μέγεθος τῶν εὐτυχημάτων σφαλερόν ἐστιν. ἀείσημοι δὲ ἐν τοῖσι κακοδαιμονίῃσι ξυν

ſa bona corporis habitudo,tum obnoxia pe
riculo eſt,tũ facile in diuerſum mutabilis. Ne
q; enim recipit acceſſionem, eo quod ad ſum
mum peruenit.tum ex eo quod eodẽ in ſta-
tu conſiſtere nõ poteſt,nihil reſtat,niſi vt ver
gat in deterius. Et vt periculoſa eſt fallaxq́;
ſumme bona corporis valetudo: ita rebus
maxime proſperis metuenda diuerſa fortu-
na. Quemadmodum in paluſtri ſolo poſita,
nec terræmotu quatiuntur, nec hiatu abſor-
bentur: ita humilis fortuna non eſt maximis
malis obnoxia. Enimuero præter alia mira mi-
ror maxime. Sunt etiam qui maiorem in mo-
dum execrantur ſuper flagitijs quæ ab impu
ris & importunis ſycophãtis iſtis alia ſuper
alia,eaq́; ſemper odioſiora prope quotidie deſi
gnari vident & egerrime ferunt,inſpicientes
tanquam in ſpeculum vitas hominũ,ab alijs
ſumunt ſibi exemplum in alienisq́; infortu-
nijs ac inſanijs reſipiſcentes, ipſi ſibi proſpici
unt,conſulunt & auxiliãtur Scitum eſt enim
periculum ex alijs facere tibi quod ex vſu
ſiet. Qui alienis fruuntur malis, ipſi in tuto
conſiſtẽtes. Nulla enim voluptas minoris cõ-
ſtat neq; vlla ſolet eſſe iucundior. Alij autem
paſſim obuias teterri-
ma vicinorum facino-
ra, non videntes, aut ſi

θεωρεῦνται. ἄλλοι δὲ τὰ
τῶν πέλας ὡς μὴ ἰσο-

vide-

ρέοντες, ὑπὸ τῆς ἰδίης κακοπραγίης ἀπώλλοντο. τὰ δῆλα καθάπερ ἄδηλα μὴ προθεωρεῦντες, ὑπόδειγμα τὸν μακρὸν βίον ἔχοντες, γινομένων καὶ μὴ γινομένων. ἐξ ὧν καὶ τὸ ἐσόμενον ἐχρῆν κατανοῆσαι.

maxime viderint, ad ea conniuentes, nec ſatis accurate (vt cōſentaneum erat in hiſce contemplantes) ꝓ merito ſuo ob ꝓpria periere maleſacta. Plerique etiam omnes nota tanquā ignota cauſantes, & manifeſta tā quam non manifeſta cēſentes, haud ſatis ꝑſpecte (vt par erat) in hiſce contemplantur. Ad extremum, cum vitam bene prolixā habeant, nimirum & indicem & exemplar eorum quæ iam olim vel facta ſunt, vel non facta fuerunt, ex his euidentibus argumentis, perſpicuisq; indicijs, id quod tandem aliquādo futurum erat, animaduerſum oportuit.

Hæc opinor abunde facient ſatis, qui ſibi fieri ſatis vllo modo patientur. Cæterum qui ſibi obturant aures ne cognoſcant, qui occludunt oculos ne cernant, fruſtra canitur hęc fabula. Viator qui ſemel in ſaxum impegerit, aut gubernator in rupem, non ſolum horret eadem, verumetiam ſimilia. Sic qui vitium agnoſcunt ſuum etiam à confinibus cauent. Mirum eſt eos acceptis tot damnis, vi-

ſisq́; tot aliorum inſanijs nõ admoneri, vt ex aliorum erratis ipſi cautiores efficiantur, & alienis periculis reddant̃ prudentiores & aliorum deſipientia illis ſapiẽdi præbeat occaſionem. Optimũ eſt vt vulgo dixere aliena inſania frui. Et bellum eſſe conſtat, ex aliorum erratis ſuam vitam in melius inſtituere: ac feliciter ſapit q alieno periculo ſapit. Hæc aliaq́; id gen' innumera meum mihi illum mouẽt riſum, merito igit̃ ſtulti & inſani hoĩes dant pœnas ſuę improbitatis, auaritiæ, inſatiabilitatis, inuidentiæ, inimicitiarum, calumnię. Verũ alias fortaſſis vt cõmodius, ita & copioſius de his dicemus, nam omne malorũ genus, examen & commentum, perquam mihi difficile iam fuerit in vniuerſum recenſere. Infinita enim malarum cupiditatum colluuies atque multitudo eſt. Quonam (inquam) iſthuc modo? cur iſthuc mi Democrite ex te audio? Tum ille: Eo (inquit) quod nulla ſic re perinde mouear ad ridendum, quàm quotquot ſunt homines minime ſimplices, & ſynceri.

ταῦθ' ὁ ἐμὸς γέλως. ἀφρόνων ἀνθρώπων, πονηρίης δίκας ἐκτεόντων, φιλαργυρίης, ἀπληστίης, ἔχθρης, ἐνέδρης, ἐπιβουλῆς, βασκανίης. ἀργαλέον δ' ἐκπερᾶν πολυμήχανον κακῶν. ἀπὸ

ceri,ſed pluſquam fucati animi,eiuſmodi doloſis inter ſe verſutijs, & verſutis dolis,technis ſutelisq́;, mutuo decertant. At præſtiterit vt quiſq; veris rationibus agat, ſi velit eſſe tutus, nec fidat callidis quidem & inhoneſtis conſilijs.

εἴη γὰρ ἴς ἐστι. καὶ τούτοις δολοπλοκίησιν αὐθομιλεῦντες σκολιόφρονες. ἀρετὴ δὲ παρ᾽ αὐτέοις φόβος

Nullus enim tam inſtructus dolis vt perpetuo fallat, ſed tandem caſus aliquis in apertum profert diſſimulatam malitiam,apud quos proinde virtus in poſtremis habeatur neceſſe eſt,peſſimeq́; audiat, quod improbos iuxta ac prophanos mores pro virtutibus ſuſpiciant,atq; deprædicēt.Nā qui ſe voluptatibus dicarunt,& ſe vitiorum illecebris et cupiditatum lenocinijs dediderunt, miſſos faciunt honores nec attingūt. Age vero ne te longis ambagibus vltra quàm ſatis eſt morer.Deinceps quæ reſtāt quàm poſſem breuiſſime ſimul & clariſſime abſoluero. In primis mihi videtur eſſe deridiculum,peſtilens hoc hominum genus, neminem non temere dijudicans. Vt enim quiſq; eſt vir peſſimus,ita facilem eſſe alios improbos ſuſpicat. Quemadmodum ſtultus eſt qui equū empturus, nō ipſum inſpicit ſed ſtratum eius ac fre-

nos:ſic ſtultiſſimus eſt qui hominem aut ex viſu aut ex conditione quæ viſus modo nobis circũdata eſt æſtimat. Alij ſuo ex ingenio mores alienos probant,& vt ipſi ſunt,itẽ cenſent omnes eſſe. Pudet me pigetq́; ſimul quoties mihi in mentem veniunt, veniũt autem ſæpiſſime,triſtes iſti & ſuperciliosi alienę vitę cẽſores,qui non verentur tanto ſupercilio cenſere viros, vt omittamus virtutem,infinitis partibus eruditiores, indigni profecto qui talibus matulam porrigant. Vt enim facile eſt demoliri q̃d alius exſtruxit, at difficile idem aut melius aliquid exſtruere:ita aliorum dicta,facta,orationesq́; reprehendere in proclivi eſt:at eodẽ modo melius've dicere facereq́; non perinde facile eſt.Iam hoc quoq; ſtultiſſime comparatum eſt,amicos nonnullos detestari ſaxum aut canem incurrentem qui eos dirimat,& non execrari homines caninos q canina illa ſua maledicentia dirimũt neceſſitudinem mutuamq́; beneuolentiam.Quid autem dicam de ijs qui claſſe præteruehuntur ignota litora,& ciuitates nihil hoſtile expectantes diripiunt ac vaſtãt?Huius generis facinora quo tandem titulo celebrãtur?Hippocrates: Victorię dicuntur.Democritus:Atqui tales victoriæ apud nos non merentur laudem, quum de improuiſo opprimuntur qui-

bus bellum indictum non eſt. Hippocrates: At fauebant inimicis. Democritus: Hæc cauſa demũ affertur ſubuerſis oppidis. Aliȷ nihil etiam prius habent, q̃ egregie impudentẽ mẽtiri, falſisq́ʒ calumniȷs immerẽtes fortiter opprimere. Qui enim ſemel verecundiæ fines

ἐστὶ, τὸ χεῖρον. φιλο-
ψευδεῖν καὶ ἀσκέου-
σι. φιληδονεῖν κοσ-
μέουσι, νόμος ἀπει-

tranſierit, eum bene, & gnauiter oportet eſſe impudentem, quo mentiendi calumniandiq́ʒ deſiderio, poſthabitis honeſtatis atqʒ veritatis legibus, non aliter delectãtur, ac vnaquauis mundi huius voluptate, nihilq́ʒ eſt quod vt illis potiantur illecebris, nõ parati ſint & ferre & perpeti. Hiſce igiẽ deliniti illecebris, ne legibus quidem dicto audientes ſunt. Ridendum hoc quoque non deeſſe qui magnatum beneuolentiam ſimulato commendationis officio per occáſionem familiaritatis pretio diuendant. Simia dum hominem imitari conatur, ſæpe capitur. Aſt adulatores idẽ facientes alios capiunt ac alliciũt. Multi ſunt hoc ingenio, vt faſtidiãt quicquid eſt multorum commune, & quicquid inſolitum eſt, idẽ exiſtiment eſſe pulchrũ. Aeque ludicrũ hoc, atqʒ illud, q̃d mõ dixi. Alius quiſpiã iſtorũ, alie-

θεῦντο. ὁ δὲ αὐτέ-

 nam

nam ſuggillans teme-
ritatem, dānat vnum-
quemlibet improuidē
tiæ pariter ac cæcuti-
entiæ, cum tamen in-
terim neq; viſus, neq;
auditus ipſe ſatis alio-
qui particeps ſit. Sola
enim ſenſus cōmunis
potentia ineſt illis, ſen
ſoriȷs organisq́;, & ſen
ſuum nuntiȷs dūtaxat
vtuntur, & qcquid ab
his prȩſentibus oritur, id omne modo cernūt
eoq́; commouētur, hoc eſt, innatum ferme o-
mnibus de rebus iudicium tantū habent. Cæ
terum vera ſenſus perſpicientia, qua non ſo-
lum quod prȩſens eſt & ob oculos verſatur,
ſed quod adhuc longe futurum eſt, & ſolo
comprehenditur intellectu, carēt. Iſtuc enim
eſt ſapere, non quod ante pedes modo eſt vi-
dere, ſed etiam illa quæ futura ſunt, proſpice
re. Eſt etiam ſapientis quicquid homini acci
dere poſſit id præmeditari ferendum modi-
ce ſi id aduenerit eſſe. Maioris eſt omino con-
ſilȷ prouidere ne quid tale accidat: Sed animi
non minoris fortiter ferre ſi euenerit. Præme
ditatio futurorum malorum, lenit eōrum ad
uentum

ὧν κατακρίνει τὴν
ἀπροαιρεσίην. μήτε
ὁρήσεως, μήτε ἀκοῆς
μετέχοντας, μούνη δ'
αἴσθησις ἀνθρώπου
ἀρκέει διανοίῃ τῆλ
αυγής. τότε οὖν καὶ τὸ
ἐσόμενον προορεωμέ
νη, δυσαρεστεῖται πᾶ-
σι, καὶ πάλιν τοῖς αὐ-
τέοις ἐμπελάζονται, ἀρ

uentum quæ venientia longe ante videris. Nihil eſt tam arduum quod prudenti cõſilio non facile conficiatur. Aut nihil tam acerbũ quod ſapiens non æquo animo facileq́; ferat ratione cuncta leniente. Non eſt animus hic mordicus arripere, quicquid aliquam ſtultitiæ ſpeciem habet, pauca quæ ſe caſu offerũt, rũt, viſum eſt nõ præterire, præſertim ſi incircunſpectius atq; arrogãtius facta videantur. Quod genus eſt illud. Quanquã in omnibus quæ agunt ipſi ſibi ſemper diſpliceant, & ſuæ quemq; actionis vehementer pigeat, pudeatq́; tamen tot, tãtis iacturis iam olim factis, in ijſdem hodieq́; adhuc verſantur negotijs, eodẽ in luto hærent, eodemq́; ſubinde reuoluunt. Multos homines videmus, qui ſibi nulla in re diſplicere poſſunt. Eſt diuerſum inſaniæ gen⁹ quo quidam ſibi diſplicent in omnibus. Nec cum iam ea ætate ſunt vt nõ ſit in peccato illis ignoſci æquũ, haudquaquã tamen res omneis cautius ne temere faciãt accurãt. Relicta agricultura & agricolationis vſu nauem conſcendunt atq; Aegeum (vt aiunt) nauigãt reliquaq́; metiuntur maria, & fluctibus agentes, Lari vitam viuunt cumq; varijs vẽtis dimicant ob lucri ſtudiũ nihil oĩno periculi recuſantes. Vbi nauigati ναυάγιον ἔπλοον, oni nunciũ remiſerint,

 non

non inſtrennue rurſus nauigant: vbi agricolationem faſtidierint, mox excolēdis agris gnauiter occupantur: vbi lactarint amantes & falſa ſpe produxerint, ilico aliqua reperta rima turpiter eliminant: vbi vxorem domo exegerint, aliam haud incontāter intro ducunt: vbi quos genuerant atq; ſuſtulerāt liberos, terrę concrediderint, paucis poſt diebus alios atq; alios educant. Senectutem anxie precati, poſteaquam in eam inciderint, tandem, gemebunda voce multisq; ſuſpirijs eandem continenter deprecantur. Adeo in nullo vitæ genere ſtabilem habent mentem, aut vllam prę ſe ferunt conſtātiam. Quidam ſeſe alienarum rerum cupiditate macerant, at quanto præſtiterit q̄cunque contigit ſors eam velut optimam amplecti? Magna enim felicitatis pars vt ſua cuique fortuna placet. An eſt quidquam ſimiliꝰ inſaniæ? q̄ quod duceſq; &

πλέουσι. γεωργίην ἀπωσάμενοι, αὖθις γεωργοῦσιν. ἐκβάλλοντες γαμετὴν, ἑτέρην εἰσάγουσι. γεννήσαντες, ἔθαψαν. θάψαντες, ἐγέννησαν. πάλιν τρέφουσι. γῆρας ηὔξαντο. ἐς αὐτὸ δ' ἀφικόμενοι, στενάζουσιν. ἐν οὐδεμιῇ καταστάσει βέβαιον ἔχοντες τὴν γνώμην. ἡγεμόνες δὲ βασιλέες

μακαρίζουσι τὸν ἰδι-
ώτην. ὁ δὲ ἰδιώτης ὀ-
ρέγεται βασιλείας. ὁ πο-
λιτευόμενος, τὸν χει-
ροτεχνοῦντα, ὡς ἀκίν-
δυνον. ὁ δὲ χειροτέ-
χνης ἐκεῖνον, ὡς εὐδο-
κιμοῦντα κατὰ πάντα.

reges beatos eſſe cum primis cenſent priuatos, priuatus autẽ miꝝ in modum cupiens eſt regni adminiſtrandi: rempublicam adminiſtrans, opificio manuum ſuarum victitantẽ vt vere eſt, ita & eſſe fatetur ingenue ſecurũ atq; beatum. E regiõe artifex qui ſuis ſibi manibus plus ſatis ſudando, ęgre quidem ſed tamen vtcunq; victum parit, admiratur inſtitorem, tanquam in omnibus feliciter verſantẽ, & in omnia pro iure ſuo potentiam iusq; habentem: vbiq; prævalidum in lauta & bene acta parte putat, vt cui diuitiæ aut domi naſcantur, aut foris nullo negotio corrodãtur. Adeo vno animo ſuam quiſq; ſortẽ alienis cupiunt mutare ſortibus. Vincti beatos iudicãt ſolutos, ſoluti liberos, liberi ciues, hi rurſum diuites, hi ſatrapas, ſatrapæ reges, reges deos tonare propemodum ac fulgurare cupiẽtes. Sic dum ſemper expendunt quanto ſint alijs inferiores, nunquam ſua contenti ſunt ſorte. Videas non paucos qui ſortem deplorent ſuam, quod in principum aulis locum nõ inueniant, miſeros ſe putant, quod ſeruire non li

ceat. Verũ vt beatus non eſt, qui ſe non putat beatum: ita bis miſer eſt qui cum animi malis ſit infelix, cum ſibi videtur felix. Etenim vt q ſanus eſt, & ſibi videtur ægrotus, nõ fruitur ſuo bono: ita qui morbo tenetur non intelligẽs ſuum malum, lõgiſſime abeſt à ſanitate: quippe qui vſq; adeo ſanus non ſit, vt ſit etiã inſanabilis. Vides vt ſumma poteſtas dominorum exeat in ſæuitiam, adeo vt etiam leges coactę ſint eam refrenare, quidã enim ſeruos ſuos vix habent pro hominibus, parciusq́; ac vilioribus eos alũt quàm canes ſuos. Nec venit eis in mentem, vt quod iuſtum & æquum eſt illis præſtent, memores ſeſe communem cum illis habere dominum in cœlis, vt iam conſerui ſint verius quàm domini. Iã Iupiter cum ſit vniuerſalis omnium finis, vt nihil in bonis eſſe poſſit, quod alio quàm ad ipſum dirigatur. At ſæpenumero res præpoſtere geritur, quũ finis inuertitur veluti ſunt viuunt vt bibant edantq́;, quum ideo bibendum ſit atq; edendum vt viuamus. An nõ prępoſterum eſt quum animus ſeruit corpori, quum corpus in hoc datum ſit vt ſeruiat animo. Iam quidam ſic gerunt imperium quaſi Reſp. ſit principis cauſa inſtituta, quũ contra princeps ſit reip. cauſa inſtitutus. Iã illud quo τὴν γαρ ὀρθὴν κέλευ

que

θον τῆς ἀρετῆς οὐ θεωροῦσι καθαρὰν καὶ λείαν, ὃ ἀπρόσπταιστον, εἰς ἣν οὐδεὶς τετόλμηκεν ἐμβαίνειν. φέρονται δὲ ἐπὶ τὴν ἀπευθῆ καὶ σκολιὰν ζηχυβατέοντες καταφρόμενοι, ὃ προσκόπτοντες. οἱ δὲ πλεῖστοι ἐκπίπτοντες ἀσθμαίνοντες ὡς διωκόμενοι, ἐρίζοντες, ὑστερέοντες, προηγεῦ

que fœdius eſt, quàm vt poſſit excuſari, ne reſpiciunt quidem, nedum penetrant rectam illam virtutis atq; quietis viam, quàm prope ab omnibus deſertam, minime multi inambulant. Viam inquam incontaminatam, planam, & abs quouis lapſu prorſus immunē, vacuamq; in qua nemo fere quiſquam ſemel duntaxat ingreſſus, vnq̃ potuit continenter progredie͂do in finem vſque perſiſtere. Vt periculoſior eſt tempeſtas quę non ſinit in portum appellere quàm quę vetat nauigare, grauiores animi motus qui non ſinunt hominem conſiſtere ratione perturbata, ſed præcipitem auferũt in tempeſtates. Feruntur autem in contrariam, difficilem atq; aſperã, erroribus impliciti, & præcipites & impingẽtes anhelãtesq; non ſecus atque à perſequente quopiam incitati, à qua nimirum via vbi paulatim magis magiſq; ceu errabundi deflexerint (ſi quis enim ſemel ab errarit à recta, is quo

vehemẽtius currat, hoc magis erret oportet) primum prærupta montium, deinde faſtigia conſcendẽtes, poſtea ob lubrica viarum, præcipites deorſum verſum lati, ſaxetis alliduntur, è quibus ægre quidem ſed tamen aliquoties eluctati tandem, dant ſe in viam, & vt in rectam redeant, non aliter anhelant, quàm ſi quis eſſet qui eos ponè perſequendo iãiamq; tergo immineret: quantum igitur poſſunt ſe promouẽt, incitant, imo volitãt, cum iam demum qui præceſſerant comites fuerint conſequuti, fatiſcũt, & viribus omnibus deſtituti, miſerrime conſidunt. Magno opere & hoc mihi riſum mouet: præſcribũt, paſſimq; omnifariam diſterminãt poſſeſſiones, atque adeo totas cum puluiſculo conuerrũt, earumq; dominos ſine fine ſeſe iactitant, quibus tamen quamlibet ingentibus, nec placantur, neque ſatiantur, ſed ſemper pluribus inhiant acquirendis, & cum vtẽdum erit acquiſitis, aut nõ audent vti, aut parcius quàm conueniat vtãtur. Quid eſt etiam ſtultius in hominũ genere, quàm zelotypos q̃ſdam videre, q ob vxores parum pudicas, impudicos ferre cogunt adulteros, & importuniſſimos alieni thala-

μὲν οὖ· ὃς μὲν αὐτέων, ἔρωτες ἀτάσθαλου ὑποπεπρήκασιν ἀλλοτρίης εὐνῆς, φθορῆς ἀναιδέης πού

mi fures ſubformidare,qui impudentia freti nullo vindice,paſſim alienas vxores capiunt vſurarias,quiq; quod manu non queant tangere,tantum fas habent quo manus abſtineant,& ne parum ſint lenones, ſuas itidē vxores alijs præbent vicarias, perinde ac ſi fundos ſteriles fodiendos locarent?Nonne prodigij ſimilimum ſenecta ętate ſcortari ſenes? quos decurſo temporis ſpatio, tēperare iſtis ſpurcitijs decebat,vacuosq́;eſſe his noxijs cō ueniebat,eos ſcortatores eſſe maximos. Bona pars magis peccat affectu corrupto quā ignominia.Velut adulterium & lucrum fraudepartum, eſſe crimina nemo neſcit: ſed prauæ cupiditates tranſuerſos rapiūt,ad ea quæ non probāt.Quid attinet referre impudicos adulteros ganeo,alea,manu, vētre patria bona lacerātes?Quos in luto voluptatū totius corporis inuenias. Quibus nihil nephas vnquam fuit neq; in facinore neque in libidine. Quorum vxores adulterio vitiātur,quas tamen illi multa zelotypia ſeruant.Qui nō contēti certo thoro,paſſim per aliena cubilia volutari gaudent. Nam hoc ſibi permittūt hodieq; mariti. Porro ſi quid humanū acciderit vxori,cœlum terræ commiſcent, tam inique ſeueri in illas,quàm turpiter in ſeſe indulgentes.Vt quoſdam cibi delectāt vel ob idipſum

quod

quod raro ſint ac magno empti: ita quidā faſtiditis proprijs vxoribus & formoſis & amātibus, cum ſcorticulis mercede coeunt glorię cauſa magis q̄ voluptatis. Quidā inſana libidine neglectis formoſiſſimis mulierib⁹ quæ proſtāt ad incluſam & ſumptuoſam penetrāt etiā deformem. O dementiā admirabilem atq; omni vituperatione, prædicatiōe, literis, monumētisq; dedecorādam. Pudet dicere, & tamen dicendum eſt, nobiles fœminæ quæ nobiliores habuere neglectui procos, viliſſimæ conditionis hominibus, & ſeruulis copulantur, ac ſub nomine religionis & vmbra continentiæ interdum deſerunt viros. Helenæ ſequūtur Alexandros, Menelaos pertimeſcūt. Videntur hæc & non vindicantur, quia multitudo peccantium peccandi licētiam ſubminiſtrat. Quid quod matres ſtudent filias demiſſis humeris eſſe vincto pectore vt graciles ſint, ſi qua eſt paulo habitior pugilem eſſe aiunt, deducūt cibum, tametſi bona eſt natura, reddūt curatura iunceas. Neſcio ſi vel Craſſus ipſe quem ſemel tantum riſiſſe memorant, continere ſe poſſet quoties muliebris recordaretur apparatus. Nam nulla magis res vna plus negotij habet, Mulierem forte ſi exornare occeperis, neq; vnquā hæc vna res ſatis ornatur, neq; ei vlla ſatis ornandi ſatietas eſt.

eſt:Nam quæ lauta eſt,niſi perculta eſt,quaſi inuenuſta eſt.Sunt hæc prodigioſa atq; incre dibilia hominū vitia.Quid cætera quæ non- dum commemorare cœpi quanta atq; q̄ mul ta ſunt?Pergamus igit. & reliqua inepte ſtul ta hoīm ſtudia compendio perſtringamus.

νοισ. ὃς δὲ τήκει φιλ
αργυρίης νοῦσος ἀόει-

Dij boni q̄tus eſt grex eorum, quos auaritia morbus in immenſum ſubinde coaleſcēs, ſem perq; ſeſe amplius ac amplius prorogās,plus ſatis eneruat atq;conficit.Itaq; propter hanc mortalium auaritiam quantas calamitates quocunq; ventum ſit miſeri ferant quis igno rat?Prætereo ſicarios, facinoroſos, funeſtos latrones quorum effrenatus furor alitur im punitate diuturna.Homines ſine re, ſine ſpe, ſine fide,ſine fortunis,ore,lingua, manu, vi ta omni inquinatos ſilentio prætereamus. Quibus libido atq; luxuria, ex magnis rapi- nis nihil reliqui fecerūt,patrimonia ſua pro- fuderunt,fortunas ſuas abligūrierūt,res eos iampridē,fides nuper deficere cœpit.Venio ad ſycophantas omni facinorum genere co- opertos,quorum ſunt flagitiīs iſti, qui hęc habēt conſilia,vbi data eſt occaſio, rape, per de,bibe,es,fuge,opus hoc eorum, vt malis lu pos apud oues linquere,quàm hos domi cu-

ſtodes: at faciem cum aſpicias eorum, haud
videntur mali, opera fallũt. Quidam alter al
teri ſemper ſtruũt inſi-
dias, quidã falſas lites
falſis teſtimonijs pe-
tũt. Quidam per calu-

ϛος. οἱ δ᾽ ἀλλήλοισ ἀντεπιτίθενται. οἱ δ᾽

mniam conantur fidos amicos inter ſe cõmit
tere. Hoc autem fere ſolet accidere ijs, qui ma
lis artibus ſtudẽt dirimere eos quos inſolubi
li vinculo natura copulauit, vt vxorem & ma
ritum, parẽtem & filium, fratres. Fit enim vt
hi redeant in gratiam, & præteritæ ſimulta-
tis pœnas vtriq; repetãt ab autore. Quidam
virulenta lingua ſemper aliquid ſpargunt q̃
concordiam hominũ diſturbent. Opulentiſſi
mum homicidarum genus eſt quod hoc ſecu
lo potiſſimum regnat, qui venenum aſpidũ
portant in lingua, & idem peragũt lingua, q̃d
ſicarij. Quidam palam blandiũtur, clam ſi oc
caſio vſquam eſt, ſubdole frigidã ſuffundũt.
Quidã in hoc ſedulo cuniculos omnes admo
liuntur, vt ex amicis inimicos faciant, vt vn-
diq; excitẽt tragœdias, vt nulla ſit homini ad
hominem naturæ coniunctio, qua ſublata vi
tæ ſocietas tollatur oportet. Nec opinor tibi
prorſus ignotos obtrectatores iſtos clancula
rios, qui nihil aliud quàm merum virus ac ve
nenum pluſquam letale ſolent in eos euome

re qui

re,qui pulcherrimis ſudoribus orbi prodeſ-
ſe conantes ſemper aliquid moliūtur. Quan
doquidem generoſis & excelſis animis,ſua fa
ma quam impetunt iſti, non paulo carior an
tiquiorq́; ſolet eſſe, quàm ipſa vita. Qđ ipſis
non contigit,alijs inuidēt. Sic enim eſt ferme
quorundam ingenium,vt quiſq; laudet,quan
tum ſe ſperat aſſeq̄ poſſe. Si quid vltra vires
ſuas eſſe cenſuerint,id negant diſci oportere.
Breuiter paucos inuenias,qui quod in ſeſe de
ſperent,in alijs probent,idq́; non alia in re ma
gis q̄ in literarum ſtudijs.Quāta etiam collu-
uies inuidorum hominum.Inuident autē ho-
mines maxime paribus,cum ſe relictos ſenti
unt,illos autem dolent euolaſſe.Sed etiam ſu
perioribus inuidetur:& eo magis, ſi intolerā
tius ſe iactāt,& æquabilitatem communis iu
ris,p̄ſtantia dignitatis,aut fortunæ ſuæ tran
ſeunt.Eſt enim inuidum mortalium ingeniū,
nec vlla re citius ſaturatur, quàm audiendis
laudibus alienis.Quidam extremo diſſident
odio,adeo vt non ſolum mēſa tecto've com
muni non ſuſtineāt vti,ſed ne via quidē com
muni velint ambulare. Quidam diſſimulare
nullo pacto poſſunt, q̄n notis aliquibus pro-
dant animi morbum. Quidam odio inter ſe
graui & ſimultate diuturna conflictātur: ho
munculi nullis præditi viribus tamen vindi-
ctam

ctam moliuntur ira, vt ſolet animos ſuppeditante, in ius trahunt, litem intendunt, dicam ſcribunt. Quanta fucatorum examina hypocritarum! Totius enim iniuſtitię nulla capitalior eſt peſtis, quàm eorum qui tum quũ maxime fallũt, id agunt vt viri boni eſſe videantur: vt qui egẽt hoc magis ac moleſtius egẽt, quo magis diſſimulant egeſtatem. Sic qui vitioſi ſunt ac diſſimulant ob faſtum & arrogãtiam peiores ſunt. vtq; vinum dilutum magis prouocat quàm vel aqua ſimplex vel vinum merũ: ita intolerabilior eſt nequitia pietatis ſimulatione condita quàm ſimplex & aperta malitia. Nihil enim inſanabilius eſt impietate, pietatis imagine perſonata. Quidam ſimul ab ambitionis amore, ſimul à popularis auræ vento in aerẽ vſq; ſublati, non ſine graui vitioſitatũ pondere moleq; in profundum perniciei pręcipites deferũtur. Nihil enim tam periculoſum, tamq; procliue in ruinam, quàm gloriæ cupiditas, & iactantia, & animus conſcientia virtutum tumens. Eſt & aliud hominum genus inſipientiſſime ſapiẽs, & ſapientiſſime inſipiens,

ὑπὸ φιλοδοξίης εἰς ἠέρα ἀνενεχθέντες, βρίθει κακίης εἰς βυθὸν ἀπωλείας καταφέρονται.

καὶ τὰ σκαιὰ ποιοῦν, εἶτα ἐπιεικέων

ens,quibus religio eſt prius ædificare, quam quoquo verſum areā omnem cum puluiſculo conuerrant,imo euertant. Iterum atq; iterum rudem terram conſcindentes, vt indidē defoſſas opes eruant, quibus dijs penatibus benefortunātibus repertis tādem, maiorem in modum lætantur, ac quibus commodum eſt, easgratuito impertiuntur. Cæterum non ita diu poſtea, peracerbo pœnitentiæ mœro reducti,ingemiſcūt, & quo neſcio prætextu, debita amicitiæ officia ſubtrahūt,atq; violant. Ecqua tandē in re hi ab infantibus omnium rudibus, nihilq; prorſus intelligentibus,vel minimam in partē differunt? In quibus nimirū prorſus expertē iudicij mentem ineſſe, & ab ratiōis orbita quā maxime exorbitantē,tum ex alijs rebus permultis,tum vero ex hoc paratum eſt colligere, quod in quamcunq; rem inciderint,& quicquid ſe hiſce forteſortuna obtulerit, quamli

μοῦσι. χαρίζονται, εἶτα μετανοοῦσιν καὶ ἀφαιρεῦνται τὰ φιλίας δίκαια. κακοπραγοῦντες εἰς ἔχθραν τὰ ξυνδε- νίας πολεμοποιοῦντες. καὶ τούτων πάντων αἴτιον φιλαργυρία. τί νηπίων ἀθυρόντων διαφέρουσι; παρ' οἷς ἄκριτος μὲν ἡ γνώμη, τὸ δὲ προσαντὲς τὸ πρόνομ. ἐν δὲ τοῖς

bet alioqui in ſpeciem humile atq; protrītū, nonnihil, imo plurimum illis affert volupta-tis. Præterea ſi ſpectes genuinam quorūdam excandeſcentiam, ſi impotentes affectiones, ſi deniq; inſanos efferūeſcentium animorum impetus expendas, quid tandem brutis ani-mātibus plerique omnes mortales reliqui fece-re, præterq̄ quod in-tra præſepes ſuas amāt (vt aiunt) intra natu-ræ cupiditates probe degunt, intraq; ſuam ſe ſufficientiā continent

θυμοῖς, τὶ περισσὸν ζώοις ἀλόγοις παραλελοίπασιν; πλὴν ὅτι ἐν αὐταρκίῃ μένουσιν οἱ θῆρες. τίς δὲ

pulchre feræ quam ſibi abunde ſatis credunt ſuffecturam? Id luce clarius videas licebit, ſi modo velis explicare ingenium paucorum animantium, quæ tantum cibi & potus adhi-bent vt reficiantur vires corporis, nō oppri-mantur. Cibus illis aduerſus famem atq; ſitim, non libidini atq; luxuriæ eſt. Confer ſudātes, ructantes, refertos epulis, tanquam opimos boues: tum intelliges qui voluptatem maxi-me ſequantur, eos minime conſequi: iucundi-tatemq; victus eſſe in deſiderio non in ſatia-te. Quis etiam leo ab-ditum in terram aurū abſtruſit, ac occuluit

λέων ἐς γῆν κατέκρυψε χρυσόν; τίς

ταῦρος πλεονεξίην ἐκορύξατο; τίς πάρδαλις ἀπληστίην κεχώρηκε; δίψῃ μὲν ἄγριος σῦς, ὅσον ὕδατος ὠρέχθη. λύκος δὲ διαρθάψας τὸ προσπεσὸν τῆς ἀναγκαίας τροφῆς, ἀναπέπαυται. ἡμέρῃσι καὶ νυξὶ ξυναπτομένῃσιν, οὐκ ἔχει θοίνης

κόρον ἄνθρωπος. καὶ χρόνων ἐνιαυσίων τάξις ὀχείης, ἀλόγων τέρμα

vnquam? Quis taurus vt diteſceret, propter auaritiam infeſtis armatisq́; concurrit cornibus? Quã pardalim vnquam cœpit inſatiabilitas? Sitit quidẽ ſus agreſtis, ſed tantundẽ ſitit aquæ duntaxat, q̃ ſitim reſtinguat, modiceq́; ſeſe refrigeret. Lupus itẽ vbi iam lõgo tenuatus hiatu eſt præ datur quidem non inſtrenue, ac quicquid vſquam fertur obuiam prædarum dilaniat atq; diſcerpit, ſed deſum pto inde neceſſario dũtaxat alimento, cæteris omnibus prædis quamlibet opimis in totum abſtinet. At Hercule vnus homo noctes diebus, & dies noctibus committens, nullum neq; modum neq; finẽ facit aut habendi, aut crapulandi, aut deniq; coeundi. Et ne minimo quidem temporis voluptates intermittit. Statum quendam temporum ordinem, certisq́; ſuis circunſcriptũ terminis in coeundo ſeruant animantia. Sues

agreſtes non niſi ſemel, idq; ijſdem ferme die
bus nimirum ineunte æſtate coeunt: ac vnus
atq; adeo vnus homo
rationc prædicus, inſa
no nequitię atq; intem
perantiæ ſtímulo per
citus, continẽter in libidinem exardeſcit eun
demq; ſemper furit furorem. Neq; enim vnq̃
finem inuenerit libido. Quid tam porro ridi
culum, quam cum ſit iam quiſpiam ętatis ple
nus, anima fœtida, coccix, cuculus, ſenex hir
coſus, podagricus, articularius, vietus, decre
pitus, imo Acheronticus, ſic efflictim deperi
re mulierculas, & oſculari, vt nullo pacto rẽ
mandatam poſſit tranſigere, niſi identidẽ ma
nus ferat ad papillas, & labra à labris nũſquã
auferat? Quondam meretrices nunc honeſtę
etiam (ſi dijs placet) matronę faciem oblinũt
quo ſenectam ac formæ vitia diſſimulẽt. Idẽ
q̃q; morb⁹ aniculis iſtis cadauerofis in pecto
re eſt, quæ vitia corporis fuco occultant, vbi
ſeſe ſudor cũ vnguentis cõſociauit, ilico itidẽ
olent quaſi cum vnà multa iura cõfundit co-
cus, quid oleas neſcias niſi id vnum, nihil ma
le olere intelligas. Fœminæ præter modum li
bidine pruriunt ac circa Venerẽ intemperan
tes ſunt. Aſtutulæ aliquot mulierculæ veritę
ne mariti pellices pluris quàm ſeſe faciant, vt
eſt

ὥρην. ὁ δὲ ἄνθρωπος διηνεκέως
οἰστρομανίην ἔχει τὸ

eſt zelotypum mulierũ genus, ſibi amatoriũ ſic ſatis efficax philtrũ parãt, q́ poſſint viros vehemẽtius inflãmare in amorẽ ſui, & ſiquã do efflictim depereant alias in ſui cupidinẽ reuocare. Sed ė libidinibus nihil omittitur, in uenies in Venerem effuſi ſe in voluptates immergunt, in omnem libidinem venales habẽ tur. Libidinis in fœminas profuſiſſimę, nec ma rium omnino expertes. In ſtupris nepharias eorum libidines cõmemorare, pudore deterreor. Prætereo mulieres quibuſcum iſti in omnibus ſtupris in impuris cõuiuijs conſueue rant. Pleriq; omnes adoleſcentuli corporis vires in voluptatibus fruſtra cõſumunt, quas in obeundis negotijs ſerijs poſtea ſunt deſide raturi. Quia mollitiem & delitias & temerita tem mulierum affectant, inuiti manẽt quod nati ſunt: id eſt, viri: & ſi fieri poſſet, in fœminas cuperent ſe vertere. Multa ſunt mortaliũ ridicula, ſed hoc ė multis vnum maximũ eſt. Quęſo te mi Hippocrates non ridebo hominem pluſquàm muliebriter eiulãtem, quod ob nephariã ſpurcãq́; libidinem, in rem ſuã à ſcortulis ſit excluſus? Emoriar, niſi ve-

ἀσελγέης. ἱππόκρατες. μὴ γελάσω ἄνδρα κλαίοντα δι᾽ ἔρωτα ὅτι ξυμφορόντως ἀποκεκλεῖσται, μάλιστα δ᾽ ἢν ῥᾳδιοκίνδυνος ᾖ,

ſim, nolim, me cachinnare oporteat, maxime ſi is ſit homo, qui ipſe ſibi ceu ſuopte iumento periculum periculo accerſat, ſi ſe aut mortis aut ſeruitutis periculo committat, cum aut hyeme, aut referto prædonum mari nauiget, hoc tantillum lucrum, tam incertum, tam periculoſum quis vnq̄ arbitraretur tantopere ab omnibus deſiderari poſſe? Si ſe perditũ eat, ſi niſi profunda ſimul & præcipitia maris, idq́; ſordidi gratia lucelli, deſcendẽs deorſum verſum feratur, rapiatur, iactitetur. Non ridebo eum nauicularium, qui vbi cõpluſculis ſabulis, ac prope immenſis oneribus onuſtã nauẽ ſubmerſerit, poſtea vero nihil eundẽ ſuppudet mare ipſum in frontẽ acriter coguere, quippe quod nauem omnifariam mercibus vndecunq; ſuffarcinatam atq; ſaburra tam derepente obrutam, ſemel abſorpſerit? Hæc dixi breuius equidẽ, quàm res petebat, ſed ad id quod iam obiter agimus nõ fuit dicendum pluribus, & iam cenſeo me eſſe longius prouectum, quàm propoſita ratio poſtularat.

ὃς φέρηται κατὰ κρημνῶν ἢ βυθῶν πελαγίοις ἐλπίδι τενὸς τοῦ γελῶτος; μὴ γελάσω τὸν τὴν νῆα πολλοῖσι φορτίοισι βαπτίσαντα, εἶτα μεμφόμενον τῇ θαλάττῃ, ὅτι κατεβύθισεν αὐτὴν πλήρη;

laſat. Tametſi mihi non ſumam, vt plus ipſe perſpiciam, quàm te vel videre, vel intelligere mihi perſuaſerim, tamen vt ingenue fatear, indigna hæc videntur retundendis tot mortalium affanijs, tot deniq; inſanijs. Vt caro quæ callo obduruit, nō accipit vibices plagarum: ita animus aſſuetudine peccandi nō commouetur correptione licet acri. Maxime igitur vellem me quiddā poſſe inuenire, q̄d eos (vt ſunt digni) dignis accipiat modis. Proinde ſedulo adnitor, tale quiddā triſte reperire, q̄d iſtos mordicus arripiat, ac illis plus ſatis negotij faceſſat, & veteres auias ſemel à pulmone reuellat. Sed nec in vſum iſtorū conueniebat vllā eſſe medicinā Pœonia concinnantē pharmaca, ſimul & ſalubria adhibētem delinimēta. Documento tibi ſit proauus ille tuus Aſclepius, eumq; finge huius te rei iuxta mecū admonentem. Is nimirum cum præter alios & Tyndaridam quoq; ad vitā reuocauiſſet, multosq;

ἐγὼ μὲν οὐδαμῶς δοκέω γελᾶν, ἐξευρεῖν δὲ κατ' αὐτέων ἤθελον τι λυπηρόν. ἀλλ' οὐδὲ ἐγχωρίην ὑπὲρ τουτέων ἐχρῆν εἶναι, μὴ τὲ ἰωμένην πέπονα φάρμακα ὁ τοῦ πρόγονος ἀσκληπιός. νουθετείη τοι γενέσθω σώζων ἀνθρώπους, καὶ ῥαινοῖς ηὐχαρίστητ.

toſq; priſtinæ reſtituiſſet incolumitati ictus fulmine periīt. Hāc ſcilicet egregiam pro ſuo merito ab Ioue referēs gratiam. Sed vt & noſtra cædamus vineta, an non & me quoq; omnino vides in eadē eſſe culpa, eiuſdem eſſe cōditionis, partis & officij, hoc eſt æque in ſanū, ac illi ſunt quos fortiter inſimulo inſaniæ? Inſaniæ enim cauſam retractatius per-ueſtigans, ingens hoc animalculoꝝ examen occido, occiſumq; ſemel aut bis reſeco, cū tamen huius morbi (cuius gratia hæc facio) ſeminarium ex his potius hominibus inueſtigatum oportuit? Nonne vides & ipſum quoque mūdum totum, plus quàm nouercalis erga hominē eſſe odij pleniſſimū, ob eamq; rem innumeras aduerſus ipſum coaceruaſſe ęgritudines? Itaq; acriter ſæuire perinde quaſi internecionem humano generi minitetur? Ne multa. Homo quantus quātus eſt, nihil aliud ipſe quàm morbus natura progenitus eſt. Vitam à lachrymis auſpicatur, cum nutritur ac educi-

οὐχ ὁρῇς ὅτι κἀγὼ τῆς
κακίης μοίρα εἰμὶ,
μανίης διζήμενος αἰ-
τίην ζῶα καταπτεί-
νω καὶ ἀνατέμνω, ἐχρῆν
δὲ ἐξ ἀνθρώπων τὴν
αἰτίην ἐρευνῆσαι; οὐχ
ὁρῇς, ὅτι καὶ ὁ κόσμος
μισανθρωπίης πε-
πλήρωται; ἄπειρα κατ'
αὐτέου πάθεα ξυνῇ

θρέψειεν. ὅλος ἄνθρω-
πος ἐκ γενετῆς νοῦ ἐσ-
ίης. φερόμενος ἄ-
χρηστος ἱκέτης βοηθεί-
ας. αὐξανόμενος, ἀτά-
σθαλος. ἀφανισθεὶς
παιδαγωγοῖς. θρα-
σύς, ἀκμάζων, παρακ-
μάζων οἰκτρός. τοὺς ἰδί-
ους πόνους ἀλογιστεῖν
κατεργήσας. ἐκ μηδε-
ὸς τῶν λύθρων ἐξείθρε

educitur prorſus inutilis eſt, nihil quàm alienum poſtulat auxiliū, & quicquid humanæ ſit opis vſquàm, anxiè implorat ambitq;. Cum iam aliquantulū adauctus cōfirmatis eſſe viribus occœperit, impudentiuſculus eſt, cōtumax eſt, importunus eſt, vt plane indomit⁹, inſolens & immorigerus per manum pædagogi in gymnaſiū ducitur, reducit. Vbi vero in florentem peruenerit ætatem, ac in ephebos relatus fuerit, audaculus eſt, præceps eſt, temerarius eſt, nemi nem non conuitijs laceſſens, & dicterijs inceſſens. Poſteaquàm iuuenta vt iucūdiſſima, ita & fugaciſſima q̄ ocyſſimè auolarit, & ſine q̄uis fructu effluxerit, in affectam iam ætatem ſeniumq; deuergens, modis omnibus miſerabilis, quippe qui ſtulta inconſiderantia, & inconſiderata ſtultitia, incogitantia & temeritate quicquid fuit ætatis turpiter prodegerit, quam tamen vnà cum egregijs illis ſuis ſcilicet laboribus, ſine fine iactitat. Talis igit̄ ho-

mo ex materna exiliit aluo, talisq́; prodiit ex penitiſſimis vteri loculamentis. Atq; hic eſt preclarus ille hominis ortus, & iam inde vſq; a cunabulis ilico tales nati, quotidie adeoq́; in ſingulos dies deteriores reddimur. Qui ſemel addixit animum vitiis, is quiduis flagitii faci le patrabit. At ſingulæ virtutes magno ſudo re paradæ, fitq́; neſcio qua naturæ corruptio ne, vt quę turpia ſunt, vel ἀυδάλωλως protinus arripiamus, quæ honeſta vix laboribus diuti nis inculcentur. Sunt etiam ingeniis noſtris ſemina innata virtutum, quæ ſi adoleſcere li ceret, ipſa nos ad beatam vitã natura perdu ceret. Nunc autem ſimulatq; æditi in lucem & ſuſcepti ſumus, in omni continuo prauita te & in ſumma opinionum peruerſitate ver ſamur, vt pene cum lacte nutricis errorem ſu xiſſe videamur. Sic per infantiam, pueritiam; iuuentutem, ac virilem & ingraueſcentem ac maturam ætatem annosq́; vltimos ſenectutis mutamur, & currimus, & naſcentes ad mor tis terminos peruenimus. Atq; hoc eſt in cau ſa cur alii plane furibũ di, immẽſæq́; pleni ex candeſcentiæ, etiã pra ue ſectum ſtomachen tur ob vnguẽ, & per ſæpe de re nihili toti, efferue

βιοῦτος. διὰ τοῦτο οἱ μὲν θυμικοὶ καὶ ὀργῆς ἀμέτρου γέμοντες, οἱ ξυμφορῇσι ἐμμάχησι.

οἱ δ' ἐν φθόρῃσι καὶ μοιχείῃσι διὰ παντός. οἱ δ' ἐν μέθῃσιν. οἱ δ' ἐν ἐπιθυμίῃσι τῶν ἀλλοτρίων. οἱ δ' ἐν ἀπωλείῃσι τῶν σφετέρων. ὄφελον δύναμις ὑπῆρχε τοῖς ἁπάντων οἰκήσιας ἀνακαλύψαι τὰ μηθὲν ἀφεῖναι τῶν ἐντὸς παρακαλύμματα. εἶθ' οὕτως ὁρῆις τὰ πρησσόμενα ἔνδον. εἰ

efferueſcant, ac grauiter excandeſcant. Alii vero p̃ omne vitę ſuæ tempus in corruptelis, in luſtris, in ganeis, in helluatiōibus, in ſcortationibus, in adulteriis, in inceſtibus con ſpurcentur. Alii incredibili rerum alienarū̃ deſiderio tenētur, alii cōtra in hoc toti incū̃bunt, vt extremam rerum ſuarum pernitiē̃ q̃ ocyſſime videāt, vt fortunas ſuas omnes in extremum adducant diſcrimen, vt patria bona abliguriant, prodigant, profundāt, qui tanquàm ſemper è dolio haurīētes, neq; tempus neq; fines expenſarum habent. Proinde non immerito Momus ille feneſtras in hominum pectore deſideraſſe fingitur, quo liceret inſpicere quidnam in ſpecubus illis reconditum eſſet. O' ſi poſſemus in talē aſcendere ſpeculam, de qua vniuerſum terrarum orbē ſub pedibus noſtris cerneremus, iam tibi oſtenderem totius orbis ruinas, gentes gētibus, & regnis regna colliſa, alios torqueri, alios necari, alios

alios abſorberi fluctibus, alios ad ſeruitutem trahi, hic nuptias, hic planctū, alios naſci, iſtos mori, aliis inanitate iam dudū inteſtina murmurare, aliis guttur ventremq́; reſidere, alios mendicare, alios deliciis affluere. Et vtinam hoc ſit tempus vnquàm, eaq́; demū nobis detur facultas, vt omnia omnium tecta, domicilia q́; & conclauia recluderentur, atq; ſic recluderentur, vt nihil eorum (quæ iam aliis atq; aliis modis operta intus occultantur) aut velaminis, aut integumēti relinqueretur, ac poſt deinde nobis foret integrum, quæ iam nunc intus, quamlibet etiam occulte, paſſim tamē aguntur, introſpicere. Videremus inquam, videremus illos tuburcinantes, atq; ambabus malis explicitis deuorātes, iſtos nihil quàm potantes, & rurſus in paruo admodū interuallo q̄ ſe auariter ac pollucibiliter plenis faucibus ingurgitarint, vētremq́; diſtenderint, penitiſſimis è faucibus ſaburram illam omnem clanculum eructātes, & interea in angulum aliquo perreptantes, vt villum edormiſcant. Videmus vt nautæ nimium onerantes nauem, deinde in haurienda ſentina laborant: ita quoſdam corpus onerantes cibis, ac deinde clyſteribus inanire.

δοιμὴν αὖ τοὺς μὲν ἐσθί-
οντας, τοὺς δὲ ἐμέοντας
ἑτέρους δ' αἰκίῃσι στε

Qui

Qui enim corpus ægre affectũ ad balneas ac voluptatem trahunt, vt hi faciunt, quaſi putrem ac laceram nauem deducit in mare. Videremus Aſotos illos qui in menſam vomũt, & qui de conuiuijs auferuntur, crudiq́; poſtri die ſe rurſus ingurgitant, qui ſolem (vt aiunt) nec occidentem viderint, nec orientem, qui conſumptis patrimonijs egeant. Atq; ego vix ſtatuere apud animum meum poſſum, vtrũ peior ipſa res an peiore exẽplo agatur. Nec enim tãtum mali vel iſtos plebeios quotidie potare, vel alios maiores & maxime parentes peccare, quanquàm eſt magnum hoc per ſeipſum malum, quantum illud quod permulti imitatores maiorum ſuorum atq; parentum exiſtunt. Superiorũ ea eſt conditio, quicquid faciunt, præcipere videntur, & perniciosiſſimus eſt malæ rei maximus quiſq; autor. Nam quod exemplo fit, id etiam iure fieri putant, ſed aliquid atq; adeo multa addunt & afferũt de ſuo. Ad hæc nihil eſt tam ſceleroſum, nihil tam atrox, quod non & probetur ſi id commendet aſſuetudo. Iam vero cum dociles imitandis turpibus ac prauis omnes ſumus, cũ & velocius & citius nos corrumpunt vitiorũ exempla domeſtica, magnis cum ſubeãt animos autoribus, cum commercia penetrãt in mores. Nonne pro meo iure ridebo perditiſſimum

mum eum adoleſcẽtem, qui ob ebrioſi patris & exemplũ & indulgentiã ipſe quoq; omne vitæ tempus, vna ac deſperatiſſima conſuetudine producit? Nã ſimul atq; ex prioribus diebus nimia cibi ac vini ſatietate, vixà meridiano tempore plenus crapula eſt experrectus, primum oculis mero madidis, humore obcæcatis, viſu grauidis, lucem conſtanter intueri non poteſt: deinde confectis viribus, vtpote cuius venæ non ſanguine, ſed vino repletæ, ſeipſe erigere non valet, tandem duobus innixus, languidus, qui cubãdo ſit defatigatus, tunicatus ſine pallio, ſoleatus prę lectulo, palliolo frigus à capite defendẽs, flexa ceruice, ſummiſſis genibus, colore exangui, protinus ex cubiculari lectulo excitatus in triclinium trahitur, ibi præſto ſunt cotidiani pauci, eodẽ ſtudio excitati cõuiuę: hic vero princeps paulum illud reliquum, quod habet mẽtis ac ſenſus, poculis extrudere feſtinat, bibendo prouocat, laceſſit, ſicut in hoſtium prælio quàm plurimos ſuperarat atq; affixerat, ampliſſimã ſibi victoriam paratam exiſtimãs, interea procedit ſimul & illud tempus & potio. Oculi vinum lachrymantes caligant, ebrioſum ipſi vix ebrii cognoſcunt: alius ſine cauſa iurgio proximum laceſſit, alius ſomno deditus vi cogitur vigilare, alius rixari parat, alium turbas

vitan

vitantem,ac domum reuerti cupientem retinet ianitor,pulſat,exire prohibet, domum interdictam demonſtrans. Item alium cõtumelioſe extra ianuam eiectum, vacillãtem puer ſuſtentat,ac ducit pallium per lutum trahentem: nouiſſime ſolus in triclinio relictus non prius poculum ex manibus emittit,quàm ſomnus oppreſſerit bibentem,ac diſſolutis artubus ipſum poculum ſuapte natura dormienti exciderit. Cuperem in hoc amœniſſimo huius argumenti diuerticulo poſſe diutius immorari,ſed tẽporis anguſtia monet in eam vnde digreſſus ſum redire viã. Seruis heri nullum concedunt otium,imo paulo plus etiam imponunt operæ,quàm illi præſtare poſſint: vt quàm ſint in dimẽſo parci, tam ſint in operarum penſis liberales.Seruos homines ſtigmaticos, & quibus tergum ob plagarũ vibices varijs punctis eſt picturatum, non diſtrahũt, ſed domi patiuntur hærere, vt vicinis ſuã affricent ſcabiem. Seruos conijciunt in neruũ, ob æsq; alienum vinctos abducunt.Cerneres dari ſeruos ad pœnam pariter & mãcipia noxæ dedi ob maleficia quę admiſerunt.Cernas etiam heros aliquot quãdoquidem tam inertes,tam nullius cõſilij fuerint, quod ſeruis fortunas ſuas commiſerint futilibus, pretiũ ob ſtultitiam ferre:alios vero miniſtros ſuos quęſtioni-

ſtionibus adhibitos,& in eculeum atq; carnificinam coniectos,flagris,loris, verberibusq; miſere diſtorquentes, & atrociſſime excarnificantes,alios pharmaca, alios toxica, alios aconita commiſcentes, præſentia'que venena condientes, hos inter ſe conſpirantes, iſtos de calculis ſuffragijs'que in alijs conferendis ſupputantes atque diſceptantes. Vt bilanx in eam vergit partẽ, vnde plus accipit:ſic quidam nunc huic nunc illi fauent,qui plurimum det,non cuius cauſa ſit optima. Alios venenato poculo felicitatis mundanę inebriatos,præ lętitia vndiq; geſtientes,alios retrorſum ob aduerſam fortunam nunquàm non lachrymantes, iſtos in hoc gnauiter inuigilantes,& id vnum eluctantes, vt aduerſus amicos ſuos olim vnice charos, accuſationẽ dicãq; falſo conſcribant. Illos ob ambitiõem veſanos, & vt aliquod fragile falſæ coragiũ gloriæ comparent, ex ſtultis prorſus factos eſſe inſanos. Vt fugitiuis ab altaribus ac templis reuulſis,nihil ſupereſt præter mortuorũ

βλέοντας. τοὺς δὲ φάρμακα κυκῶντας. τοὺς δὲ ξυννοέοντας ἐπιβουλήν, τοὺς δὲ ψηφίζοντας. ἄλλους χαίροντας. τοὺς δὲ κλαίοντας. τοὺς δὲ τῶν κατηγορίην φίλων ξυγγράφοντας. τοὺς δὲ διὰ φιλοδοξί

ſepul-

pulchra. Sicq vera ſuaq; gloria deſtituti maiorum imaginibus efferunt ſeſe. Multos videbis cupidos ſplendoris, eripere aliјs, quod aliјs largiantur. Atq; hæc quidem, vt parum honeſta deſignantur: ita perſępe in propatulo conſpiciuntur. Atqui longe profundiores, atq; recōditiores, & pinde minus cognoſcibiles ſunt actiones earum rerum, quæ duntaxat ſecundū animā æditæ pr̄ſus intus occultātur. Multis enim ſimulationum inuolucris tegit̄, & quaſi velis quibuſdam obtenditur uniuſcuiuſq; natura, frons, oculi, vultus ſæpe mentiuntur, mens vero ſæpiſſime. Et hiſce perſonatis actiōibus, quotquot ſunt iuuenes, quotquot item ſunt ſenes ex æquo ſunt obnoxiј. Ac iſtorum inſignem ſimulationem, frontis inuolutam integumentis, nō prius cernas, quam periculum facias: ſi quid ab his petas vtendum, conſtanter imo impudēter pernegant ſe habere, paupertatemq; cauſant, proinde nolis velis ſæpenumero repulſam feras oportet. Hoc quoq; ſtultitiæ genus

λω ἔκφονασ. καί γε
τινὸς βαθύτεραι πρᾶ-
ξεις τῶν κατὰ ψυχὴν
κλυθομένων. καὶ τούτων
ὁπόσοι μὲν νέος, ὁπό-
σοι δὲ πρεσβύται, αἰ-
τιῶντες, ἀρνεόμενος,
πενόμενος. πολυχσι-
άζοντες, λιμῷ θλιβό

quoniam non eſt vnum,neq; vulgare, haud-
quaquam nobis ſilentio prætereundum eſt.
Quanquam plus ſatis alioqui locupletes ſint
quidam,eo tamen prodigioſæ auaritiæ deue
niunt, vt fame potius affligentur, atq; adeo
penitus enecentur, quam pauculis admodū
teruncijs in uitæ neceſſaria adnumerādis, ſe-
ſe vtcunq; ſatient.Quanta dementia eſt hære
di ſuo procreare & ſibi negare omnia, vt ti-
bi ex amico inimicum magna faciat hæredi-
tas. Plus enim gaudebit tua morte,quo plus
acceperit. In curāda cute vero quemadmo-
dum ſe habeant,quid ego dicam? Alij quanq̃
velin cuſtodijs aſſeruē
tur cōpedibus've con
ſtricti vix ægreq; per-
reptāt ergaſtula, adeo
tamē omnigeno luxu
atq; ꝓdigalitate afflu-
unt,grauantur,immarceſcunt, vt neſcio quo
ė gurguſtio prodeūtes ore fœtido teterrimā
alijs popinam inhalent,& ſi pauliſper ſteteris
in illo ganearum ſuarum nidore,atq; fumo te
mox deinde eructando enecent. Alij omniſa
riam deliniti illecebris laſciuiunt, alii immer
gūt aliq̃ ſe in ganeū, alii maximis impēſis,in-
gens quidem ſed otioſum,ſed luxurioſum a-
lūt famulitium,imo ſatellitium, vbi dies,no-
ctesq;

μὲν οἱ. οἱ δ᾽ ἀσωτίῃ βε-
βαρυμμένοι. ῥυπῶν-
τες. δέσμιοι. οἱ δὲ
τρυφῇσι γανειῶντες.

ctesq; eſtur, bibitur, luditur, neq; quiſquã parſimoniam adhibet, ſagina plane eſt. Alĳ bene numeroſam educunt ſobolem, alĳ nũquàm æque lætãtur ac cum ſuos ſepeliunt liberos. Iam vero malitiæ hominũ quæ poteſt oratio par inueniri, qd eſt quod quiſquã aut dignum illis aut tibi nouum aut cuiquam inauditum poſſet afferre? Non enim illa ſunt ſola vitia hominũ quę vulgo exiſtimantur, fraus in depoſitis reddẽdis, ignauia in agendo, tarditas in cõficiendo, incogitantia in prouidẽdo. Sed ſunt qui ea quæ in numerato habent, ceu pro derelictis habeant, atque faſtidiant, modisq; omnibus ad obeũda ab eis in poſterum negotia inhiant, magnoq; rapiuntur impetu, quæ vero præ manibus habent, patiuntur libẽter antiquari ac abolescere. In aperto poſita & expoſita negliguntur ac ꝑtereuntur, abſtruſa petuntur inſidĳs. Vt canis quicquid excepit ꝓtinus deuorat, & ſemper

τρέφοντες. ἄλλοι σφάζονται. ἄλλοι θάπτονται. ὑπερορέοντες ἃ ἔχουσι πρὸς τὰς ἐλπιζομένας κτήσεις ὡρμημένοι. οἱ μὲν ἀναισχυντοῦσι. οἱ δὲ φειδωλοί, οἱ δὲ ἄπληστοι. οἱ μὲν φονεύονται, οἱ δὲ τυπτόμενοι. οἱ δὲ ὑπερηφανεύονται. οἱ δὲ ἐπαιρόμενοι κενο

ad ſpem futuri hiat:ita q̃d expectantibus for tuna proiecit,id ſine vlla voluptate demittũt ſtatim ad rapinā alterius erecti. Dies hic mihi vt ſit ſatis vereor,ad oſtendendum, quàm ſint plerię; omnes egregie impudentes,q̃ parci,q̃ multi frugaliter ſplendidos, & magnifice ſordidos imitentur conuiuatores, vt qui pridianorum obſoniorũ fruſtula recentibus admixta, communi tegunt conditura. Non hic tantum ,ſed in omni fereparte vitæ præpoſtera iudicia ſentes ſunt, vnde ſcatet omĩs morum pernicies. Quotuſquiſq; eſt hominũ qui non pluris faciat externa bona, quæ fortunæ tribuuntur q̃ corporis.Quod non perpetiuntur homines vt locupletes euadãt, vt honores conſequãtur huius mundi, nauigãt, peregrinantur,belligerantur. Nullum eſt periculi genus quod non contemnunt. At quãto pauciores ſunt quibus nõ priora ſunt bona corporis q̃ animi, temporaria quàm æterna? Quomodo reperias qui non magis metuat principem hominem quàm Apollinem deũm,qui non pluris faciat cognatum aut amicum iuxta carnem,quàm vel Iouem ipſum? Quid in cauſa? niſi quod carnales ſumus,eoq; propius accedamus ad naturam animalium quę ſenſibus regũtur, q̃ philoſophorum: nec agnoſcimus conditionis noſtrę dignitatem,

nec ſuſceptæ profeſſiōis ſublimitatem. Hominum vita imitatur mare veſaniēs, quotidie parturiens naufragia, naufragia inquam tū noua tum periculoſa. Omnia tumultuum & turbarum plena ſunt, omnia ſcopuli & præcipitia, omnia rupes ſub aquis latentes, & ſinuoſæ cautes. Omnia terrores, diſcrimina, ſuſpitiones, tremores, & angores. Sublatum eſt beneuolentiæ bonum, ciuile bellum habet omnes, ac ne id quidem apertum, ſed obumbratum. Innumerabiles vbique perſonæ, ſimulatæq; facies: multa ouium vellera, vbiq; lupi ſub his occultati. Sunt & alii prorſus inſatiabiles, alii intotum nihil ſapientes, qui tamē fere in omnibus & priuatis, & publicis functionibus, vbiq; ſuum habent imperium, vbiq; ſuam exercēt tyrannidem, vbique potiuntur rerum. Alij dum ſtultis eruditi videri volunt, ſtulti eruditis vidētur. Hinc inuerecunda fraus, & quæ magnos quoq; ꝓfectus frequenter perdidit, arrogās de ſe perſuaſio innaſcitur. Videas nonnullos adeo ſui ignaros, vt quo minus ſtant, eo ſibi plus impendio arrogent. Alii miſere vapulant, alii inſolenter agunt, alii inani elati gloria prę ſe q̄ſuis faſtidiunt, ipſi faſtidiendi maxime. Eſt & aliud quiddam ludicrum, in quo á riſu abſtinere, ne ſi cupiam quidem, poſſum. Bona pars

male feriatorum (ſemper enim ignauis ſunt feriæ) totos dies aſtat equis, vt eos & intus & in cute contempletur. Permulti idē operę ponūt in viros, in canes, in lapides, in ligna, in tabulasq; graphice depictas, quas non ſatis eſt vidiſſe ſemel, iuuat vſq; morari. Iam vero

δοξίῃ. ¶ οἱ μὲν ἵπποισι παρεστῶτες, οἱ δὲ ἀνδράσιν, οἱ δὲ κυσὶν, οἱ δὲ λίθοις ἢ ξύλοις. οἱ δὲ χαλκῷ. οἱ δὲ γραφῇσι. καὶ οἱ μὲν πρεσβείαις, οἱ στρατηγίαις, οἱ δὲ ἱεροσύνῃσιν. οἱ δὲ στεφανοφορίαις. οἱ δὲ ἐνόπλοι. οἱ δὲ ἀρχητιδνό-

vt diuerſa ſunt hominū ingenia, ita non ijſdē delectantur omnes, ſed aliis alia magis ꝓbantur. Quoſdam videas in legationibus, quoſdam in præturis, quoſdam in rebus militaribus, quoſdam in ſacerdotijs pluſquàm diſtētiſſimos eſſe, nonulli imo plurimi nulla re æque delectanť, atq; circūferendis coronis, vnde ſperant ſibi auram poſſe aliquā afflari honoris. Alios itidem non minus oblectant arma militaria. Iſti edunt & eduntur, illi cædūt & cæduntur, iſti carpunt & carpuntur. Quali enim quiſq; erga alios animo eſt, tali viciſſim & erga ipſum æquum eſt illos eſſe. Alios aſſentatio delinit, alios munera corrumpunt, alios promiſſa illectant, & ineſcant. Tanta'ne affectum hominem quenquā eſſe dementia?

Dij ne

Dij'ne hunc humanis ardorem mentibus addũt? An potius ſua cuiq; deus ſit dira cupido?

μένοι. φέρονται δὲ τουτέων ἕκαστοι, οἱ μὲν ἐς ναυμαχίην, οἱ δὲ ἐπ' ἀγροικίην. ἕτεροι δὲ περὶ φροντίδας ναῦς. οἱ δὲ εἰς ἀγορήν. ἕτεροι δ' ἐπ' ἐκκλησίην. οἱ δὲ ἐπὶ θέητρον. οἱ δὲ ἐς φυγήν. ἄλλοι δὲ ἄλλα χόρον. καὶ οἱ μὲν ἐς φιληδονίην, ἐς ἡδυπαθείην, ἐς ἀκρασίην. οἱ δὲ εἰς ἀργίην, ἐς ῥαθυμίην. τὰς ἀναξίους δὲ ὡς δυστήνους ψυχὰς ὁρεῦντες καὶ τοσαύτας, πῶς μὴ χλευάζομεν τὴν τοιήνδε ἀκρασίην ἔχοντα βί-

Quid iſtuc eſt ꝗd iſtuc mi Hippocrates, viden vt ſuo quiſq; impetu alio, atq; alio ferat? Hic ꝗdem in naualẽ pugnã, hic in militiam, hic in agriculturam. Alij vero in naues, alij in forum, alij in concionẽ, alij in theatrum, alii in fugam exiliũq;, alij itẽ alio. Iſti quidem in voluptatem, in mollitiẽ, in intemperantiam, illi in otium atq; ſocordiam prouoluunt. Cũ igitur tot tantaq; pror ſus indigna, ne dicã in felicia miſeraq; mortalium ſtudia nobiſcum accuratius expẽdim⁹, qui non ea vel effuſiſſime ſubſannabimus, multoq; de riſu inſectabimur? Sed ferendus tibi in hoc meus riſus. Ferendus autẽ? imo vero adiuuãdus etiam, quod vniuerſa iſtorum

 vita

vita mire prodigioſam præ ſe ferat incōſtantiam iuxta ac intemperantiam. Quod cũ notius ſit q̃ vt debeat refelli, & receptius q̃ vt poſſit aboleri, vix aut ne vix quidē mihi perſuaſero, tantum abeſt vt in animum induxero meũ, tuam illā medendi rationem nunq̃ ſatis alioqui laudatā, magno illis vnq̃ opere arriſuram. Quādoquidē videre licet pleroſque, qui ſolo artis auditu grauiter offendũtur, nec minus ab ea prorſus abhorrent. Hoc quidem ferendum vtcunq;, illud autem quis ferat? Quod homines in omni genere ſtultitiæ inſulſe arrogantes philoſophiam vitiorũ omnium expultricem quam tantis laudibus veteres illi ad vnum omnes in cœlum ferũt, eam iſti barbari, qui Thaletem talento non emerint Mileſium, faſtidiunt, & (ſi dijs placet) nobis profligabunt? Nunquam'ne homines amentiſſimi ſeſe circunſpiciēt? nunquam'ne quid loquantur conſiderabunt, nec quid effutiant? Quando igitur Hippocrates eam quę liberalis maxime omnium eſt artium, omniũ maxime abominandā putāt, quid reliqua vitæ in-

ου αὐτέων, ηκάρτα γὰρ ἔλπομαι μηδὲ τὴν σὴν ἰητρικὴν ἀνδάνειν αὐτέοισιν. δυσαρεστέονται γὰρ ὑπ᾽ ἀκρασίης ἅπασι. ὃ μανίην τὴν σοφίην νομίζου-

tæ inſtituta, an non putabunt prorſus eſſe fugienda? An non tãdem ſe ſolos ſtultiſſimos omnium reddiderunt, qui ſoli nullam artẽ didicerunt? Etenim quũ bruta q̊q; artium exercitationibus erudiant, & famulum ignauum nulliusq; peritum artis nullo pretio dignũ iudicent, curẽt autem & agros & reliquas poſſeſſiones, vt quæq; quantum fieri poteſt ſit q̃ optima, ſeipſos ſolos negligant, ne hoc quidem intelligentes animum habeãt nec ne, in ſumma veteris illius aui Aeſculapij ſermonẽ ceu Corybantum furore correpti contẽnunt. Neq; vero hæc dixerim odio gẽtis meæ, licet mihi vbiq; infeſtæ. Quod res eſt loquor, teſte Apolline omni conſcio. Neq; quicquam mentior teſte mihi mea cõſcientia. Tametſi ſudores incomparabiles ſuſcipiãt propter incredibilem rei medicę difficultatem, tamen vulgi ſummam in ſe concitãt inuidiam. Cui cum res præclaræ ſemper obnoxiæ fuerunt, tũ vero præcipue nouitas non ſolum apud imperitos, verum apud eruditos. Adeo nuſquã magis ingrati ſumus, magis inuidi, magis moroſi, nuſquam minus candidi, quàm in penſitandis eorum laborib⁹, quorum opera reualuerimus, quibus meo quidem animo nulla vnq̃ ſatis digna gratia referri queat. Caput autẽ hoc eſt, Audiui ſæpe hoc vulgo dictitari, idq;

ab ipſis ægrotātibus aliquanto acerbius ꝑdiu afflictatis, te virū quidem & doctum, & experientē haberi, bonamq; item tuę rei medicę partem, (ſiue id fiat per inuidiā, ſiue per ingratitudinē, nō hoc iam laboro) ceu carnificinam quādam manifeſte nec min⁹ odioſe exibilari, eoq; nomine peſſime audire, publicitusq; traduci. Qui in alienis morbis profitentur ſe tenere me-

στημ. ἤπου γοῦν ὑπονοέω ὡς σαφῶς λωβᾶσθαι σου τὰ πολλὰ τοῦ ἐπιστήμης, ἢ διὰ φθόνον, ἢ δι᾽ ἀχαριστίην. ὅτε γὰρ νοσέοντες ἅμα τῷ σώζεσθαι, τὴν αἰτίην θεοῖς ἢ τύχῃ προσνέμουσι. πολλοὶ δὲ τῇ ἰδίᾳ φύσει προσάψαντες ἐχθέρουσι τὸν μὲν εὐεργετήσαντα, μικροῦ δεῖν προσαγανακτεῦντες εἰ νομίζονται χρεωφειλέ

dicinæ ſcientiam, ipſi ſe curare non poſſunt. Aiuntq;, medicos imperitos non raro venenum pro remedio miniſtrare. An non plerunque videamus eos veneficos eſſe non etiam medicos, qui pecuniæ ſtudio dediti in aliud vtunt̄ arte quàm inuenta eſt? Atq fieri nō poteſt vt qui pluris faciat diuitias quàm virtutem, quiq; artem non in hoc didicit, vt de hominibus bene mereretur, ſed vt diteſceret, ad proprium artis finem perueniat. Citius enim alij ditabuntur, quàm nos ad artis cōſummationem

tionem peruenire queamus. Proinde fieri nequaquam poteſt, vt ſimul & pecuniæ ſtudio ſeruiamus, & artem tam arduam exerceamus: ſed neceſſe eſt vt qui vehementius incũbit in alterum negligat alterum. Itaq; qui ſobrietatis amator eſt nec minus veritatis amãs hic verus medicus comperitur. Ad hæc valetudinarij fere ſimulatq; conformatis fuerint viribus, priſtinæq; reſtituti incolumitati, vel dijs immortalibus, vel fortunæ cauſam incolumitatis acceptæ tribuunt. Non parum multi ceu à cõſueto indulgẽtiſſimæ naturæ beneficio ꝑfectam, eidẽ q̃q; non inuiti acceptã referũt ad percipiendũ. Præterea quis vnq̃ tanti quenquam medicorum fecit, (perinde atq; maxime dum dolent atq; ægrotant faciunt omnes) vt magnificis illis ſuis ſteterint pollicitationibus? Odioſus æque nullus eſt, quàm medicus, dum vbi verecunde de mercede admonet, vbiq; petit induſtriam, ſumptus, & labores ſuos penſari. Neq; quicquam ægrotantium animo fuit ægrius, quàm cum videant medico agendas eſſe gratias. Quid hoc (malum) ingratitudinis quidam odio proſequũtur etiam eum, qui de illis non male meritus ſit, parumq; abeſt quin ſemper, aut fere ſemper aliquam reperiunt rimã, aut aliquid

inue-

inueniant quo elabanẽ, & aſtute medicis imponant. Et vt fit in periculis, medico montes aureos pollicentur, ſi non grauẽtur ſibi in vitæ diſcrimine dexteri adeſſe. Poſtquam ſana uere quidem morbo laborantes & medicorum artem implorantes, fallacia alia aliã trudunt, ac dolos dolis conſarcinãt. Fit etiam q̊ neſcio prætextu, vt indignentur, modisq; omnibus auerſentur, quos principio cum vehementer ægrotarent, numinum vice tantũ non adorabãt. Quid quod alij rem medicam vt cum primis quidem neceſſariam, ita nõ in poſtremis habentes eam, credũt medicos eſſe debitores, & hominum generi ad curandũ obnoxios, vt qui nolint velint cogantur eſſe auxilio valetudinariis, idq; gratuito? Negant enim fas eſſe id aliis grauate impartiri, quod in hoc ſolum ſit repertum, vt omnibus in cõmune debeat prodeſſe, & veſtrum officium vos facere æquum eſt, neq; id magis facitis quàm vos moneat pietas, apud quos tãdem hoc homines ſtultiſſimi diſputãt. Accedit eodẽ quod permulti ab arte prorſus alieni, rudesq;, & imperiti, id q̃ in ea ſit præſtãtius eleuant, odioq; proſequũtur.

ται. ὅτι πολλοὶ τὸ τῆς ἀτεχνίης ἐφ᾽ ἑωυτέοις ἔχοντες, ἀΐδριες ἐόντες, καθαίρουσι τὴν

κρέσσον. ἐν ἀναισθή-
τοις γὰρ εἰσὶν αἱ ψῆ-
φος, ὅτε δ᾽ οἱ πάσχοντες
τῶν συνόμιλος ἐθ-
θέλουσιν, ὅτε οἱ ὁμο-
τεχνεῶν τῶν μαρτυ-
ρεῖν. φθόνος γὰρ ἐνίστα

tur. Contra vero quod nullo alioqui numero ſit dignum demirant̄, ſuſpiciunt, venerātur. Non enim ſunt ſolida, nec ſyncera eorū̄ ſuffragia, ſed ex corruptiſſimis affectionum ſenſibus iudicia proficiſcuntur, & proinde non ſatis animaduertunt, quib⁹ potiſſimū̄ ſuffragent̄, quibus've ſuos addant calculos, quam rem probēt aut improbent, commendent, aut crimini dent, vitioq́; vertāt. Poſtremo, ut ſis ſumma prudētia, multa etiam doctrina, & plurimo rerum vſu prædirus, id tamen ne ii quidē quos tua opera recreatiores reddidiſti, ingenue volūt profiteri, ne ſi fortaſſe cogātur (vt cogi ſit cōſentaneum) nolint velint tandem aliquādo iuſtam dependant mercedem. Quid tibi hic commemorem, quod eiuſdem artis artifices haud temere alienam teſtātur induſtriam, inuidia enim in illis ineſt, q in eodem artis quæſtu verſantur, propterea quod inter hos artificii ſimilitudo magis æmulationem conciliat quam beneuolētiam? Quorumq́; mutua inter ipſos inuidia propter opū̄, honorumq́; ac ſordidi lucri cupiditatem, faſtidia, concertationes,

tationes, rixas, factiones've concitat, ita vt minimum inter ipſos communionis hactenus fuerit, & erit fortaſſe ſemper. Vt fere hebetiore ſunt oculorum acie quibus oculi ſunt grādiores, vt minus eſt ingenii quibus capita ſunt prægrādia, vt tumidiores ſunt q̄bus cor eſt pro portione corporis grandius. Ita plerunq; minus habent religionis ac doctrinæ qui maxime circumferunt harum rerum inſignia. Quemadmodum qui in tragœdiis perſonati introducūtur, figuram quidē & perſonam hiſtrionis habent, nō ſunt tamē omnino hiſtriones: Sic nomine quidem medici permulti, re autem perquàm pauci reperiuntur. Atq; vt ignaui cibiq; auidi canes domi ferarum pelles mordent, ac villos vellunt, feras ipſas in venatu non attingunt. Sic quidā rei medicæ præpoſtere ſtudioſi, de nugis agunt, caput diſciplinæ non attingunt. Ea Hippocrates à te ſpero in bonam partem eſſe accipiēda. Nec vero ſic interp̄teris hæc quæ diximus, nos huc tendere, vt in totum damnemus medicos, aut vt lædamus bonos, ſed vt malos admoneamus officii. Vt conuenit amantibus diuerſas amicas in eandem depereuntibus male conuenit: Sic diſſidēt qui ex eadem re gloriam affectant. Vtq; feris bellū eſt cum his qui iiſdem alūtur, cum cęteris pa

cem

cem agunt: Sic inuidia & æmulatio inter eiuſdem artis profeſſores. Nõ pugili cum curſore conuenit. Vicinus inuidet vicino. Nec inuidemus ĳs à quibus longo abſumus interuallo, ſed quos propemodum ſperamus aſſequi. Cenſes'ne te vllum poſſe reperire hominem, qui non inuideat aliquot medicis ſuas pompas, qui non pluſquàm muliebria ſuggillet oſtentacula, qui non execretur faſtum illum Thraſonicũ? A medẽdo nomen q̃q; habet medicus, non à q̃rendo. Et bona medicinæ pars afflatus eſt. Nemo enim vir magnus ſine aliquo afflatu diuino vnquam fuit, qui nõ contingit niſi moribus purgatiſſimis, & tamen hanc facultatem nulli ſibi maiore ſupercilio vindicant, quàm quorum tota vita ſeruit ambitioni, ſeruit quęſtui, ſeruit auaritiæ frequẽter & libidini gulæq;, ſycophantiis, fucis à ſuperbia corrupta. Ac meo quidẽ animo, ſi hæc omittant cæteri tuæ homines turbæ, & multo fiet profeſſio concordior, & inuidia vos minore vtemini quàm nũc vtimini: & nec vident homines alioqui Lyncei, quantum odĳ ex ea re ordini ſuo longe celebratiſſimo concilient. Non inceſſo ordinem, ſed demiror in tali ordine reperiri, qui ſuo ordini tam nõ reſpondeant. Male enim dicitur quod in plures conuenit, ſi aut nationes totæ inceſſant, aut con-

cōditio aut ſtudia multorum. Vt quidā morbo aliquo & ſenſus ſtupore ſuauitatem cibi non ſentiunt: Sic libidinoſi, auari, facinoroſi, veræ laudis atq; uirtutis guſtum non habent: vtq; nō eſt verus amor q caret zelotypia: ita non amat vehementer virtutem niſi qui ardet æmulatione recte factorum ab aliis. Proinde non inexpertus eiuſcemodi nugarū, nec omnino rudis talium affaniarum, nihil ambigo, quin & tu quoque mi Hippocrates, in has te tamen indignas incideris affectiones conuiciaq;, & iam pridem male audieris, regium enim eſt male audire, cum benefacias, cum propter luculētas tuas diuitias, tum propter aliorum inuidentiam, natura ſui multum edacem, nec minus itē mordacē, & reprehenſionis apprime ſtudioſam. Adeo enim iam apud homines nullius virtutis, nullius item probitatis vel vlla eſt cognitio aut teſtimonium. Nec veritate amicitia, nec fide ſocietas, nec pietate ꝓpinquitas colitur.

ται. οὐκ ἄπειρος τῶν τοιουτέων ληρημάτων σαφέως δὲ εἰδὼς ταῦτα γὰρ ἀξιοπαθέησι σε πολλάκις γενηθέντα, καὶ οὐδὲ αὐτὴν ἢ βασκανίην ἐλατωθάσσονται. ἀφρενὴς γὰρ οὐδεμία οὔτε γνῶσις οὔτε μαρτυρίη. ἐπεμηδία δὲ λέγομεν ταῦτα.

litur. Nihil eſt diſcriminis inter eruditũ & im
poſtorem, inter bene merentem & male merẽ
tem, inter probum & improbũ. Nullus eſt lo-
cus recte factis & æquis rationibus, ſed largi
tione & aſſentatiõe res omnis peragitur. Nũ-
quàm fuit acrior cupiditas, ſæuior auaritia,
profundior gula, luxus furioſior, portẽtoſior
libido, nunquàm publice priuatimq́; maiores
doli, ſeditiones, fraudes, bella, ſcelera vbique
ſumma, & pares ſceleribus pœnæ. Cupit face
re quiſq; de quo quæratur, nec tam graue pu
tat quicquid id eſt pati, quàm non & ſibi lice-
re tantundem. Quæ quidẽ certe ſimulatq; De
mocritus recenſuiſſet, riſu diffluebat, & aſpe
xit me illo vultu, quo tũ ſolebat, cum omnia
omnium ſtudia ceu ridicula cachinnabat. Et
crede mihi Damagete,
prioris ſuæ ipſius for-
mæ prorſus oblitus,
nouamq́; iam indutus
faciem, diuina quadã
renidere pulchritudi-
ne nobis apparuit. Ad
extremum & illud ad-
debam, mi Democrite
hoſpes magnifice, ma-
gnificentiſſima tuo-
rum xeniorum dona-
ria,

καί μοι Δαμάγητε,
θεοειδής τις κατε-
φαίνετο. ὥστε τὴν προτέ
ρην αὐτοῦ μορφὴν
ἐκλελησμένος, καὶ φη
μὶ ὦ Δημόκριτε με-
γαλόδοξε. μεγάλας
γε σοῦ ξενίων δωρε
ὰς εἰς κῶ ἀξιοῦμαι.
πολλοῦ γάρ με τοῦ το-

ria, in extremam vſq; Coũ meam mecũ perferam, & iure perferã licebit. Finxit enim te natura ad honeſtatẽ, grauitatem, temperantiam, magnitudinem, animi iuſtitiam, & ad omnes deniq; vitutes magnum hominem et

φύσης θαυμασμοῦ πεπλήρωκας. ἄξιος ἔω γὰρ τοῦ κήρυξ ἀληθείης ἀνθρωπίνης φύσιος ἐξιχνευσάντος, καὶ νοήσαντος. θεραπείην δὲ λαβὼν τῆς ἐμῆς διανοίης, παρὰ σοῦ ἀπ-

excelſum. Quod animo ſentis & vultu promptum habes & lingua multiiuga me, nec minus admirabili hincinde repleſti ſapiẽtia, & ſi quid in me fuerit, vt fuit certe plurimum ignorationis & infortunitatis, ſiue vt dicam potius inſulſitatis, id omne ex intimis mihi præcordijs vis tuæ orationis euellit. Te autẽ oportet illud in primis noſſe, q̃d ſanandis corporum morbis multæ variæq; curandi rationes ſunt à medicis excogitatæ. Cæterum animis ægrotantibus ac malarum cupiditatum plenis, nullum aliud eſt remedium quàm oratio, quæ non vereatur errãtes increpare. Oratio inquã non minus libera q̃ ſalſa. Nõ enim ſic ad audiendum te acceſſi, vt velim inungi & oblini fucis quo nitidior fiam, ſed gratiã habeam ſi velut alueare acri fumo, ſic ipſe mordaci ſermone purger animo, qui cæcutientiæ

entiæ & lippitudinis fuit pleniſſim⁹. Vtq; mel exulcerata mordet ac purgat, alioqui vtile et dulce: ſic amici libertas nõ mordet, niſi ſi qd eſt vitioſum & corrigendum. Hoc beneficio arctı⁹ me tibi aſtrinxiſti, quàm vt vel verbis agere gratias poſſim. Amicitiam tuam latiſſi ma prædicatione circumferam. Nõ mihi diu turnior vita futura eſt quàm tuorum in me meritorum memoria. Nõ enim ſolum ex ora tione, ſed etiam ex vultu & oculis, & fronte, vt aiunt, tuum erga me amorẽ perſpicere po tui. Redeo itaq; tua gratia tandem aliquãdo ad meos, ſed ita redeo, vt nunquam deſinam eſſe perpetuus, idemq; tamen verax tui nomi nis præco, eſt enim ingenui animi, cui multũ debeas eidem plurimum ſemper velle debe re, tui meam memoriam nulla vnquam dele bit obliuio. Dij me Democrite omnes ode rint, niſi magis te quàm oculos nũc amo me os, & quidem non iniuria, vt qui humanę ve ritatẽ naturæ gnauiter inueſtigaris, penitus perſpexeris, & nobis appoſite corã ediſſerue ris, maximumq; diligẽtiæ tuæ miraculum no bis euidentibus feceris argumentis, quo no mine plus tibi homini nuſquam non experi entiſſimo, non ſolum erudititiſſimo debemus, quàm vt vnquam ſoluendo eſſe poſſimus. Equidem fateor ingenue me tibi deuinctiſſi

mum ſemper alias redditum eſſe, ſed hoc nomine multo deuinctiorem reddidiſti, quod non vulgarem meæ mentis medicinam abs te gratis perceptam, domum vſq; perferã. Cũ perem equidem, & vehementer cuperem plura abs te ſciſcitari, ſed præcipitatq; dies ſuadentq; cadẽtia ſydera ſomnos. Spero ego mihi quoq; tempus tale euenturum, vt tibi parẽ referam gratiam. Abeo igitur mi Democrite, cum tempore, tum corporis mei cura poſcentibus abitionem. Cras tibi ad hũc locum rurſus præſto ero, vt ijſdẽ ſuper rebus, cæteriſq; eodem ſpectantibus, quarum bona pars reſtat etiamnum, quo cepimus ordine fuſius ac explanatius colloquamur atq; cõmentemur. Hæc igitur effatus multamq; Democrito agẽs gratiam, exurgebam, & valedicto diſcedere parabam, Tũ ille: Maior eſt (inqt) noſtra neceſſitudo, quàm vt vel

ἀλλάσσομαι τῆς ὥρης τοῦτο ἀπαιτούσης, καὶ τῆς τοῦ σώματος ἐπιμελείης. αὔριον δὲ καὶ κατὰ τὰ ἑξῆς ἐν ταὐτῷ γενησόμεθα. ἀνιστάμην ταῦτα εἰπών. καὶ ὃς ἦν ἔθιμος ἀκολουθεῖν. προσβαλόντι δὲ τινὶ οὐκ οἶδ' ὁκόθεν, ἀπεδίδου τὰ βιβλία. καὶ ἐγὼ ἐξιὼν τὸ νώτερον ἤπειξα, καὶ πρὸς τοὺς ὄντας ἀβδηρίτας τοὺς τῇ σκοπιῇ ἀναμένοντάς με ἄνδρες ἔφην

tu mihi vel ego tibi pro vllo officio debeam gratias agere. Dictuq́; mirum, quàm mox relictis omnibus negotijs, iuxta mecum fuit expeditus in receſſum, quamq́; mire promptus aſtitit, vt me deduceret abeuntem, & feciſſet quoq;, niſi interea & id quidem temporis dū ſermones hoſce cædimus, quidam haud ſatis ſcio vnde'nā de repēte interueniens, libellos ei aliq̄t tradidiſſet in manum, & cōpluſculos literarū faſciculos alio atq; alio exemplo ſcriptos reddidiſſet atq; tradidiſſet. Hic illo famili ari⁹ hoſpitē amplexāte, alioq́; ſermonē dirimēte, clanculū abiens per horti poſticū me cōmodum ſubduxi. Vrgensq́; vehementius, & quantum potui maxime properans, dabam operam vt Abderitanos (homines cum inter ſe coniunctos, tum mihi ita charos, itaq; iucūdos, vt eorū aſpectu omnis quæ me angebat de republica cura conſederit) in ſpecula hærentes meq́; ibidem iamdudum operiētes ſtatim reuiſerē. Viri Abderitæ (inquam) vt ego vos nunc libens reuiſo, vt lætus conſpicio, vt nō ſatis pro veſtro merito à me vobis poteſt referri gratia, pro iniuncta mihi Democriti curatione: atque vti

τῆς πρὸς ἐμὲ πρεσβείης, χάρις ὑμῖν πολλή. Δημόκριτον δ' εἶδον ἄνδρα σοφώτατον, σωφρονίζειν ἀνθρώπους

 nam

nã tempus ſit illud vnquã quo vobiſcũ paria facere liceret. Multo nunc me fortunatiſſimum factum puto eſſe, quod in tempore ad eum veni, quod rerum omniũ eſt primum. Vidi enim vidi penitusq́; perſpexi Democritum, at quem virum dii boni geometrã, mathematicum, phyſicum, mitto deniq; hominẽ poſt homines natos longe ſapientiſſimũ, qui vel vnus atq; adeo vnus quotquot ſunt homines, tẽperatos, frugales, atq; permodeſtos facile reddiderit. Creditus interim vulgo deſipere, cæterum rerum euentus docuit illum vnum ſapuiſſe. Hũc audiebam antea tãtum, nunc præſens præſentem vidi tanta tẽperantia, tanta manſuetudine, tãta humanitate, vt hi beatiſſimi eſſe videãtur, apud quos ille diutiſſime cõmoratur. Hęc habeo Damagete quę tibi de Democrito noſtro Abderitæ phyſico (vt pro mortalium inſulſitate, pro rerumq́; nouitate pauca, vt pro epiſtolæ modo nimis multa fortaſſe) aĩo mihi vehementer omnifariam geſtiente lætitia, compendio perſtringerem, Vale.

μοῦνον δυνατῶτα- ... ἔμ. ταῦτ' ἔχω σοι π... ἐι Δημοκρίτω Δαμάγητε, φάζειν γηθοσύνως πάνυ. ἔῤῥωσο

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA